cimus libr. i. Ex his duo. non ni-  
si ignem requirunt, reliqui aliud ali-  
quid (Δ potentialem vocant) insu-  
per expetunt, cujus beneficio calci-  
natio peragatur.

Mineralium calcinationes dabi-  
mus sigillatim, libr. ʒ.

Vegetabilia, v. gr. herba, radices,  
ligna, cortices, aliæque φλόγισα igne  
comburentur luculento, donec in  
cinerem fuerint redacta.



N. Simili modo incinerari possunt, & capita mortua ex destillationibus residua, si super laminam ferream vel in fictili comburantur.

Animalia, horumque partes molliores comburuntur ut plurimum in fictilibus (clausis & lutatis) ad nigredinem usque. Sic aves comburuntur cum pennis, lepus cum pelle, &c.

Cornua, triplici exponuntur calcinationi: Vstioni, vaporationi & corrosioni; quam præcipationem alij vocant.

Vstione comburantur cornua, donec per nigredinem albida facta sint. Idque plerunque in fornace figulinâ fieri solet. Hinc cornua vsta dicta.

Vaporosæ calcinationis modus hic est: Cornua suspenduntur ponunturve in capitulo, partem superiore Vesicæ, quæ aliquotâ liquoris portione adimpleta sit: hinc subitus accenditur ignis, ut vapor vi caloris elevatus, cornua penetrando, friabilia paulatim candidaque reddat.

N. Opus hoc est ferè 3. diciturque philosophicè calcinari.

Liquor adhiberi poterit vel simplex, destillatave appropriata, vel succus decoctumve medicæ intentioni respondens. Liquor autem ne quâ penitus exhalet, recentem subinde affundere oportet.

Corrosiva calcinatio fit affusis liquoribus acidis, v. g. aceto, spiritu

Qi, Qi, & sim. quibus scil. ossa vel cornua grossè contusa, rasæ solvuntur, corroduntur, postmodumque in calcem (quam magisterium vocant) præcipitantur. Vide c. 67.

N. Simili modo calcinantur & crustacea.

Modus porò calcinationis ut diversus est: ita calcinata diversorum sunt nominum. Hinc calces, cineres, croci, salia vsta.

Sic sunt:

Calx Ois, vide lib. 3.

Da, vide lib. 3.

Cineres plurimi, è quibus tamen officinis 4. vstiores, adeoque

καλ' ἐξοχῆν, 4. Cineres dicti,

Absynthij,

Fabarum è stramine.

Genitæ,

Sarmentorum Iunipeti.

Crocus Metallorum, } vide

Martis aperitivus } lib.

—adstrictivus, } 3.

Veneris.

Vsti, s. combusti Cancri,

Cervorum pulli,

Cuculus,

Erinaceus,

Hirundo,

Lepus,

Passer troglodytes,

Serpens,

Cornu cerui vstū,

—alcis,

Vngula equi.

CAP. XLIV.



## CAP. XLIV.

## De Cataplasmatibus.

Cataplasmata fiunt ex rebus medicinalibus, quæ vel pulverisata, vel quoquo modo in pultis consistentiam, live per se, siue adhibita humiditate redigi possunt: præcipue tamen parantur ex herbis, (viridibus siccisve) radicibus, floribus, seminibus, oleis, fructibus, axungiis, farinis, micis panis, & similibus.

Modus fiendi adhibetur pro re nata; cum, vel sine igne. Sine igne fit ex herbis viridibus, contusis aut earum succis expressis, aliisve liquoribus convenientibus, quibus reliqua admiscuntur, ut fiat pulcicula instar. Ignis beneficio coquantur res cum liquore conveniente in cataplasma: vel fructus succulenti ut mollescant elixantur, hinc exprimitur pulpa per setaceum, eique reliqua admiscuntur.

N. 1. Liqueor pro rei necessitate varius est, aqua, lac, vinum, & simil.

N. 2. Sicca præstat optimè pulverisare, viridia conquassare, & ad putrilaginem coquere.

Officinalia nulla exant.

Exemplo ergò sint:

Cataplasma resolutivum Foresti. 1.  
contra cruorem, Terbad 2.  
de nido hirundinis. 3.  
Anacollema. 4.  
Sinapismus. 5.  
Vesicatorium. 6.

1. Cataplasma resolutivum Foresti.

ꝑ. Flor. Chamomill.

Stœchad.

Sum. Absynth.

Rut.

Caulium & stipitum eorum.

Salv.

Sabin. an. Mj.

Coque omnia simul in lixivio ex cinere quercus vel sambuci, vel vitis albæ; deinde pistentur, addendo pulverem, qui

ꝑ. Alumin.

Sulphur.

Gallar.

Cypress.

Sal. commun. an. ꝑ. ʒ.

Aloës,

Baccar. Laur.

Pyrethr.

Sem. caul. an. ꝑ. ʒ.

In fine addatur stercus recens columbarum vel caprarum.

Vires. Resolvit crassos humores, ac tumores inde ortos, ut varices, elephantiam Arabum. Forest. lib. XXIX. observat. 25.

2. Cataplasma contra Cruorem, vulgò Terband.

ꝑ. Boli armén. ꝑ. ʒ.

Cretæ ꝑ. ʒ.

Prunor. Sylvestr. sic. ꝑ. ʒ.

Pulverisa quàm minutissimè, & coque cū aceto acerrimo, hinc admisce:



Radic. symphyt. pulverifat. pa-  
rum.

In fine adde Farinæ avenac. q. s.  
ad consistentiam cataplasmatís, sub-  
inde instillando nonnihil olei myr-  
tillorum.

Vires. Cruorem ex casu vel contusio-  
ne collectum resolvit & siccat. Felix  
Virtz. in Chirurgia.

N. Eiusce farine cataplasmata in-  
ter Chirurcos usitatissima sunt, sicutque  
ex terra sigillata, bolo armeno, sanguine  
draconis, cerusa, pice, resina, succino,  
lapid. calamin. succo acacia, & similibus  
adstringentibus & exiccantibus.

3. Cataplasma de nido hirundinis  
Mysicht.

¶. Nidi hirundinis, num. i.

Alb. graci, ℥iſs.

Rad. Alth.

Lil. alb. an. ℥j.

Caricar. ping.

Dactylor. ana. num. iij.

Coque in V ad remanentiam pul-  
tis, postea adde:

Ol. Violar.

Farin. Chamamel.

Fœnigr.

Sem. Lin.

Tritic. ana. ℥vj.

Cerebr. cati. ℥ss.

Pulv. noct. combust.

hirund. combust. ana. ℥ij.

Vitell. ovar. num. ij.

Croc. Orient. ℥j. M. F. Catapl.

Commendatur in angina desperata  
collo sapina tepide ( id quod de omnibus

Cataplasmatís notandum, ) applica-  
tum.

Huc pertinent & Anacollemata,  
quæ nihil aliud sunt quàm Cata-  
plasmata frontalia, intercipiendæ  
defluxioni consecrata, adeoque fi-  
unt ex adstringentibus, quæ ut plu-  
rimùm albumine ovi subiguntur.

E. g.

℞. Mastich.

Thur.

Myrrh. ana. ℥iſs.

Bol. arm.

Pulv. later. an. ℥ss.

Croci ℥j.

Cum Albumin. ovi, Ol. rosac. &  
pauillo acet. F. Frontale.

Vires. Prodest in lippitudine aliisque  
affectibus oculorum, fronti impostum.

Aliud.

℞. Argillæ vsta.

Farinæ volatil. Staubmeel.

Boli armen. an. ℥ss.

Suc. Acac.

Hypocist. an. ℥ij.

Cum Album. ovi, & modico ace-  
ro, F. Frontale.

Vires. Convenit in Hamorrhagia  
narium.

Huc referendi sunt & Sinapismi  
vesicatorii que in forma

Cataplasmatís.

Hæc sunt ex sem. Sinapi, nastur-  
tij, vrticæ; radic. thapsiæ, cyclamin.  
bryon. scillæ, allij, Euphorb. can-  
tharid. & similibus, susceptis pulpâ  
ficuum, fermento; melle, oxyme-  
lite.



lite, sapone & similibus.

℞. E. gr. Sinapismus.

℞. Pulpa caricar. (in † coctar.)  
℥ij.

Sem. sinap. ℥j. M.

Ruborem cuti inducit.

6. Vesicatorium.

℞. Cantharid. preparat. (i. e. alis  
& capitibus abscissis,) num. xxx.

Fermenti acris, ℥j.

Cantharides pulverisatæ suscipi-  
antur fermento, humectando, si  
opus sit, aceto acri.

CAP. XLV.

De Clysteribus.

Clysmus, Clyfma, Enema est li-  
quor imprægnatus facultate me-  
dicamentali, per syphonem in inte-  
stina intromittendus.

Duo ergò continet. 1. Lique-  
rem. 2. Facultates, quibus liquor  
imprægnatur.

Liquor is, est decoctum (planta-  
rum, pisorum, carnis, &c.) vel si-  
milis humor. Medici intentioni com-  
modus. E. gr. Urina, lac, serum la-  
ctis, oleum, & similia.

Facultates Clysterom variæ esse  
possunt, purgantes, alterantes, ano-  
dynæ, lithontriptricæ, carminativæ,  
abstergentes, adstringentes, & cæt.  
Inter ceteros tamen vltatiores sunt  
clysteres purgantes, qui utpluri-  
mum compositi sunt, hñntque ex  
partibus (4. 5.) decocti alterius e-  
mollentis, partib. (1. 2.) olei, ad-  
ditis insuper purgantibus ac stimu-  
lantibus, aliis v. gr. Electuariis, spe-  
ciebus & similib.

N. Purgantium dosis duplo maior  
esse potest in clysteribus, quam in assu-  
mendis: oleum additur vbi emolliendum

erit; omittitur vbi fortiter purgandum  
& revellendum.

Dosis est ab ℥ijj. in infantibus, ad  
xij. vel xv. in adultis.

Modus parandi liquefcet vno ac  
altero exemplo:

℞. Urinæ lb. 1. F. Clyfma in Hy-  
drope.

℞. Oleum Olivar ℥v. vi. viij. F.  
Clyfma ad leniendam alvum.

℞. Herb. emoll. ana. M. ij.

Rad. Alch. ℥j.

Fl. Chamomill. M. ʒ.

Fic. ping. N. v.

Vitell. ovi, num. 1.

Coque in l. q. aquæ ad lb. 1.

In colatura dissolv. cald. pro Cly-  
steribus ℥vj. Bened. laxat. ℥ʒ. Ol.  
Chamamel. ℥ijj. Sal gemma. ʒj. vel  
Sacchar. rubr. ℥ʒ. ad ℥j. F. Clyf-  
ma.

N. Sicut qui sal commun. vel gem-  
ma ad ℥j. usque injiciunt. Verum quia  
podex locus maxime sensibilis est, præ-  
stat dosin hanc imminuere.

Huc referendi quoque sunt Cly-  
steres veterini (μυτση) γυτα) qui  
eadem



itidem sunt liquores medicamenta-  
les per syphonem ( *κντφεγχφτλω* )  
in utrum fundendi. Liquor itidem  
hic varius adhiberi potest, aqua stilla-  
ticia, decoctum, succus vel simile  
quid, cui pro rei exigentiâ admiscen-  
tur pulveres, Electuaria, olea & simil.

Dosis pro vice vnâ sufficiens est  
℥iij. vel v. vj præter propter.

*Exemplo sint.*

1. ℞. Decocti Equiseti & Tormen-  
till. ℥iij. Olei Myrtin. ℥iſ. Tro-  
chisc. de spod. ʒj. M. F. Clyster, in  
mensium fluxu.

2. ℞. Hydromel. ℥iij. v. mell. ℥iſ.  
F. Clyster ad eluendum vterum.

3. ℞. Succ. mercurialis depurati,  
vel decoct. rubiæ tinct. Eryng. aut  
cyclaminis, vel radic. aper. vel sal-  
via, matricariæ, nepetæ ℥iij. Pulv.  
myrrhæ ʒij. F. Clyster ad promovenda  
menstrua.

Ad hunc locum pertinent & In-  
jectiones penis, quæ itidem ex liquo-  
re conueniente fiunt, sive decoctum  
is sit, sive aqua stillatitia, vel simi-  
lis.

## C A P. XLVI.

### De Conditis.

**C**onditorum constitutionem ab-  
solvunt res condienda, ac liquor  
condiens, quibus pro libitu aroma-  
tizans accedit.

Res conditi aptæ sunt, *radices, cor-  
tices, caules, fructus, nuces, & flores a-  
liquor.*

Duo in rebus condiendis præci-  
puè consideranda occurrunt.

1. Quia res condienda vi liquo-  
ris intus ac extus perfundi postulat,  
mollem illam esse nec nimis crassam  
oportet.

2. Quia esui condita præcipuè  
destinantur, haud ingrata ac gustu  
abominabilia ea sint, fas est. Hinc  
si durior & amarior res condienda  
fuerit, maceretur antea in ∇ frigi-  
dâ dies (5, 6, 7, 8, pro re nata) sin-  
gulis diebus aquam deplendo, recen-

témque dando, vel coquatur insuper  
donec mollescat, amarorque quodam-  
modo extrahatur. Cave autem ne  
nimiâ extractione solum cadaver  
condiendum relinquatur. His adde,  
si crassior, maior, solidior res con-  
dienda foret, secandam eam esse, pro  
exigentiâ, secundum longitudinem,  
latitudinem, tessulatim, &c.

N. 1. *Loco aquæ nonnunquam lixi-  
vio macerare expedit, hinc aquâ simpli-  
ci dulcorare.*

N. 2. *Quod si liberis condita aromati-  
zare, aromata condiendis insigi poterunt.*

Liquor, quo res condiuntur est  
Saccharum clarificatum & syrupi-  
satum, id est, in aqueo liquore dis-  
solutum ad syrupi consistentiam,  
nonnunquam mel depuratum, ali-  
quando muria.

*Sic*



*Sic condiuntur:*

*I. Radices.*

℞. Radices benè purgatas (integras si teneræ fuerint, vel sectas, si crassiores) exemptis si opus sit lignosis partibus, redige ad mollitiem, & si opus sit, ad saporem gratiorem, vt docui: hinc sicca, & cum Sacchari ana. circiter, tantillóque decocti proprij, vel aquæ, coque ad consumptionem humiditatis, consistentiamque Syrupi.

*II. Cortices.*

Cortices nihil à radicibus peculiare habent.

*III. Caules.*

℞. Caules (à pellicula exteriori purgatos) reduc ad mollitiem, hinc coque cum ana Sacchari in decocto soluti, ad consistentiam.

*IV. Fructus.*

℞. Fructus molliores (c. gr. cerasa, baccas, ribes, berberes, mala persica, & simil.) affunde Sacchari Syrupifati, vel mellis part. dimidiam, coque ad consumptionem humiditatis. (aliàs situm contrahit.)

Duriores, vt poma citria, cytonia, & simil. priùs ad mollitiem redigendi sunt, amariores ad saporem gratiorem. Limonia & oliuæ murtiæ imponuntur.

*V. Nucs.*

℞. Nucs virides, perfora stylo, macera dies (9. 10.) in ∇ frigida l. a. hinc coque vt mollescant; siccatas aromatifa, configendo cina-

momo aut caryophyllis, cumque sacchariana. ac aquæ q. s. coque.

*VI. Flores.*

Flores condiuntur affusione Sacchari syrupifati. Sunt autem pauci qui hac ratione integri condiuntur, scilicet flores citri, arantiorum, & interdum rosarum. Ex reliquis fiunt potiùs conservæ. Capparum flores sale; genistæ sale & aceto condiuntur.

*N. Sunt qui flores albumine ovi conquassato illitos saccharo pulverisato aspergunt, solis calori exponunt, floresque hac ratione integros coloratosque conservant.*

*Condita officinalia vfitatiora sunt.*

Condita Aurantia poma integra ac in partes dissecta.

Aurantiorum flores

— cortic.

Berberes.

Borragin. rad.

Calami arom. radic.

Cassia.

Cerasa amarena.

Cichor. rad.

Citria poma integra.

— in taleolis.

Citria maxima cum Carne, Germ.

*Citriat.*

Citria sicca, truckener Citriat.

Citri cortices, eingemachte Citron-Schalen.

— flores.

Consolid. maj. rad.

Corna.



Cydonia, <i>eingemachte Quitin.</i>	<i>ckerbierlein, oder muscateller Bieren</i>
Cynosbati baccæ, <i>eingemachte Hambutten.</i>	Rhabarbarum.
Enulæ rad.	Ribes.
Eryngij rad.	Satyrij rad.
Lactucæ Hisp. caules sicci, <i>truckne Lactuc.</i>	Scorzoneræ rad.
Mala armeniaca præcocia, <i>eingemachte Mällelen, oder Mammelencken.</i>	Sorba, <i>eingemachte Speyerling.</i>
Mespila integra.	Zedoariæ rad.
Mirobalani Belliric. } <i>affertur</i>	Zingiber Chinense.
Chebulæ } <i>tur con-</i>	— commune.
Citrinæ } <i>dita ex</i>	Huc & passulæ laxativæ.
Emblicæ } <i>India.</i>	<i>Sunt &amp; qua condiuntur aceto, sale, &amp; simil. vt</i>
Nuces Indicæ, scilicet moschatæ, cum involucris, <i>ganze Muscatnüss mit den Schelffen.</i>	Modus condiendi est.
Nuces moschatæ, scilicet sine involucris, <i>eingemachte Muscatnüss ohne Schelffen.</i>	1. Conspere cum sale ac comprime, vt sal in exudante humiditate liquefeat.
Nuces Iuglandes.	N. Si res condienda minus succulenta fuerit, affundi poterit modicum $\nabla$ a.
Perfica.	2. Affunde $\ddagger$ stentque vt penetrët, vel si nimium liquoris sit, exhalet aliquantulum.
Pimpinellæ rad.	Sic prostant.
Piper nigr. in racemis ex India affertur.	Condit. Cappares.
Pruna sylvestria, <i>eingemachte Schlehen.</i>	Cucumeres.
Pruna citrina, <i>eingemachte Spelling.</i>	Oculi genistæ.
Pyra muscatella, <i>eingemachte Zu-</i>	Limonia poma.
	Olivæ.
	Portulacæ summitates.

C A P. XLVII.

De Confectionibus Saccharatis.

Confectiones Saccharate;  
id est:

**R**es Saccharo obductæ, sunt.  
1. Saccharatæ sc. seu Saccha-

ratæ simpliciter ita dictæ. 2. Confectiones Saccharo candi seu candifato incrustatæ. His 3. subungere licet Sacchara succis florum certorum



rum sub colore horundem imprægnata. Sacchara infuccata non immeritò vocaveris.

*Modus conficiendi confectioes Saccharatas.*

Re. Rem conficiendam, inde pelvi cupreæ (Germ. *Confect Kessel*.) saccharumque syrupisatum paulatim instillando, continuò supra calorè versa, vt humiditate absumptâ Saccharum rei conficiendæ adhæreat, ac tandem instar crustæ eandem obducatur.

Res quæ hoc modo conficiuntur sunt semina, nuclei excorticati, aromata, radices, cortices, vt & flores ac summitates, sed raro.

N. 1. Semina si opus sit, præparantur prius macerando in  $\text{H}$ , vt semen Coriandri.

N. 2. Si amariora conficienda fuerint, corrigi volunt antea, ad modum, quem in conditis docuimus.

Res quæ confectioes confiunt, est Saccharum Canariense, interdum Saccharum candisatum.

Plerunque primùm amylo res conficiendæ obducuntur, hinc Saccharum superducitur. Vnde duplicis generis confectioes prostare solent; finæ scilicet ex mero saccharo, & minùs finæ ex amylo & saccharo, vt dictum, præparatæ.

Modus conficiendi confectioes saccharo candisato incrustatas non differt ferè à modo condiendi, nisi solâ brodij condientis saccharati consistentiâ, nimirum hoc si cras-

sius fuerit, saccharum in crystallos concrefcit, resque injectas q. crustâ obducit.

*Confectioes rariiores Saccharate sunt.*

Confectio Amygdalarum dulcium, Germ. *überzogene süsse Mandeln*. Amygd. amarar.

Anisi, *überzogen Anis Samen*.

Laxativi, *Purgier Ani Zucker*.

Calami aromatici, *überzogen Kalamus*.

Cardamomi minoris, *Cardamomen Confect*.

Carvi, id est, seminis, *überzogen Kümmel*.

Caryophyllorum, *überzogen Negel*.

Cichorei rad. *überzogen Cichorenw.*

Cinæ, Santonici, sem. lumbicorû, *überzogen VVurmsamen*.

Cinamomi, *Zimmet Confect*, *überzogen Zimmet*.

Coriandri, *überzogen Coriander*.

— magni, *mit grosser Crispatur*.

Corporis sine anima, confectio Moschardina, *moschata, Bisem Zucker*.

Cubebarum, *überzogen Cubeben*.

Dauci communis, *überzogen vVild Mæbrensamem*.

Fœniculi.

Lavendulæ florum.

Macis.

Majoranæ sem.

Pimpinellæ rad.

Pinearum.

Zedoariæ.

Zingiberis.



*Confectiones. Candisatæ. scilicet Saccharo candi incrustatæ.*

*Confectio Acori, Candiserten Calmus.*

Aurantior. cort.

Caryophyllorum.

Cinnamomi.

Citronata, i. e. cort. citri maior.

Citri cort. i. e. minor.

Macis.

Nucis moschat.

Zingiberis.

Sacchara insuccata

Saccharum rosaceum

— violaceum, &c.

## CAP. XLVIII.

## De Conservis.

**R**es conferuifandæ conservandæ vt plurimum flores sunt, raro herbae, rarius radices, rarissime caro fructuum.

*Modus.*

ꝛ. Quod conservifare volueris, conquassa ( mortario præcipue lapideo pistilloque ligneo ) atque inter quassandum admisce Saccharum.

Proportio Sacchari variat: In rebus humidioribus ac mucilaginosis conservifandis, recipitur duplum: in siccioribus, ad triplum usque ascenditur, additurque nonnihil  $\nabla$  a stillatitiæ.

*Flores & herbas recentes conservifare oportet, attamen si nimiâ humiditate scateant, in umbra exiccari aliquantulum expetunt.*

N. 1. Sunt qui ex floribus ac saccharo S.S.S. faciunt, solumque id ipsum exponunt. Alij Iulepum conficiunt, eumque admiscendo conservifationem absolvent.

N. 2. Poteris iidem, si volueris, flores vel herbas conservifandas in mi-

nutissimas antea incidere partes, hinc addito Saccharo conservifare, uti dictum.

Radices prius coquendæ sunt, dein conquassandæ, vel etiam per setaceum trajiciendæ, hinc conservifandæ.

Caro fructuum omnino per setaceum trajici expetit.

*Conservæ vtiliores sunt.*

Conserv. Absynthij Romani è summitatibus.

Acaciæ flor.

Acetosæ fol.

Acetosellæ fol.

Anthos, id est, flor. rosismar.

Betonice fl.

Borragin. fl.

Buglossæ fl.

Calendul. fl.

Cardui bened. summ.

Cichorij ex fl.

Citri pulpæ, s. medullæ.

Cochleariæ fol.

Consolidæ major. flor.

Euphragiæ summit.

Fumariæ summit.



Galegæ summ.  
 Geniftæ flor.  
 Heder. terr. compos. Aug.  
 Liliorum alb. fl.  
 Lavendulæ fl.  
 Liliorum convall.  
 Maioranæ summit.  
 Malv. fl.  
 Melif. fl.  
 Menthæ fol.  
 Nymphææ alb. fl.  
 Papav. errat. fl.  
 Portulacæ fol.  
 Pœoniæ fl.  
 Perficorum fl.

Primulæ veris fl.  
 Prunellæ fl.  
 Pulegij summit.  
 Rosarum albar.  
 rubrarum, recens & antiq.  
 Plata.  
 Salviæ fl.  
 Sambuci fl.  
 Scabiosæ.  
 Scordij.  
 Tiliæ fl.  
 Tunicæ fl. i. c. caryophyll. hort.  
 Tuffilaginis fl.  
 Veronicæ summit.  
 Violarum martiarum.

## CAP. II.

## De Decoctis.

**D**ecocta fieri possunt ex rebus omnibus, quæ pronæ sunt vires elixatione brodio suo communicare, adeoque ex mineralibus, vegetabilibus, & animalibus.

E Mineralibus non respuunt decoctionem Terræ crudæ calcinatæve, Lapides calcinati, Metalla calcinata, Antimonium crudum & calcinatum, Sulfus crudus, cinnabaris, Lithargyrium, &c. Nimirum aquæ etiam simpliciter incoctæ vires quasdam impertiunt, maximè tamen, si adhibitus fuerit liquor facultate penetrante gravidus, qualis Vinum, Acetum, Aquæve stillatitiæ. Quin & Metalla ignobiliora, potissimum si calcinata ea fuerint, verbi gratiâ, minium, cerusa, limatura ferri calcina-

ta, & sim. decoctioni apta sunt. Decoquuntur autem hæc omnia, in pulveres redacta.

Ex Animalibus decoctioni parent partes carnosæ, membranosæ, cornua tum cruda raspata, tum calcinata, & simil.

Verum enimverò, hic loci de Decoctis potissimum agemus potulentis, in praxi vltimatoribus, quæ Apozemata communiter dicuntur. Hæc parantur imprimis è vegetabilibus: videlicet è radicibus, corticibus, herbis, floribus, baccis, fructibus, lignis. Superadditis tamen nonnunquam sed rarè nonnullis è mineralibus aut animalibus.

Liquor in quo res eæ communiter elixantur, est aqua fontana, (hæc ad-



hibenda, quoties alius alicuius mentio nulla fuerit facta, aqua pluvia, aqua destillata, (sed non adeo commodè ob spirituosæ portionis exhalationem, nisi coctio in diplomate instituat, serum lactis, hydromel, Vinum. Hoc præstat in fine coctionis superinfundere.

Quantitas liquoris ad res coquendas varia sumi solet, prout sc. res longiorem vel brevioris coctionem expetierint. Duriores liquorem ac solidiores, ut diutius sunt coquenda, ita maiorem liquoris quantitatem requirunt, quippe coctione liquor paulatim exhalat. Sumitur autem e. gr. proportio quadrupla, sextupla, decupla, duodecupla, &c. Respondent enim Manip. i. ʒb. ʒv. vel ʒvj. Pugillo ʒij. vel ʒiij.

*Modus parandi absoluitur.*

1. Preparatione ad decoctionem;
2. Decoctione. 3. Clarificatione.

1. Preparatio fit incidendo, contundendo, radendo, limando, &c.

2. Decoctio fit vulgariter. 1. *Decoctione nuda.* 2. Vase aperto aëneo stanno obducto. 3. Ordine observato, s. a. Est autem coquere s. a. materias coquendas non simul & semel injicere, sed diversis vicibus, prius posterius, prout naturæ volatilioris, fixioris, mollioris, durioris, solidioris, res fuerint. Nimirum si cornua, ligna, cortices, radices, folia, semina, aromata ac flores decoctioni destinantur, primum cor-

nua, ligna, cortices & radices aliquandiu coquenda sunt; hinc folia ac semina superinjicienda; tandem quoque sub finem decoctionis, aromata & flores, utpote quorum vis facile in auram evanescit.

N. *Res duriores macerantur prius aliquandiu.*

3. Depuratio fit vulgariter albumine ovi, cum quo decoctum expressum, vel saltem colatum ebullit, quod dein per colum trajicitur. Vide lib. i. cap. 14. Clarific.

*Vsurpatio:* Quia saporis minus grati ferè sunt decocta, gratia conciliatur Saccharo Syrupove, additâ ad singulas doses ʒj. plus minus, pro palato ægroti. Quinimò & aromaticus sapor superaddi ferè solet, nonnihil ex aromatibus commiscendo.

*Sunt decocta celebriora.*

Decoctum

Alterans, *vide infra* N. 1.

Antimoniale, *v. infra.*

Aperitivum majus Aug.

-----cum Rhabarb. A.

----- minus s. lenitivum minus A.

Capillorum veneris, A.

Carminativum Clysmaticû, *Cord.*

Clysterum remollientium, *Cord.*

Commune ad dissolvenda solutiva, *Cord. Renod.*

Commune Medicinale cum & sine sena. A.

Epati



Epaticum 2.  
 Epatis vituli, 3.  
 Epithymi, A.  
 Florum & fructuum, A.  
 Fumariz.  
 Hystericum, 4.  
 Majale, 5.  
 Pectorale simplex & compositū A.  
 Purgans Quercetan. 6.  
 Splenis bovis, 7.  
 Senæ, v. A.

*Decoctum Alterans.*

℞. Santal. rubr. ℥β. (alij ʒvj.)  
 Succ. citri recent. ℥iβ. (alij ℥j.)  
 Sacchar. clarificat. ℥j.  
 Aqu. fontan. purifs. lb. iij.  
 Stent in maceratione per noctem, manè coquantur ad fβiβ. colentur, ac seruentur pro vsu.  
 N. *Alij addunt & Spir. ʒi ℥j.*

*Aliter.*

℞. Santal. rubr. ℥β.  
 Sem. citr. ʒβ.  
 Fl. Rosar. rubr. p. iβ.  
 Sacchar. candi. ℥j.  
 Spir. ʒi ʒβ.  
 Aqu. fontan. lb. iij.  
 Digerantur per noctem, hinc decoquantur ad fβ. iββ.  
 Colaturæ adde  
 Rob. ribium,  
 Succ. citri,  
 Sacchar. depurat. an. ℥i.  
 Vires. *Refrigerat, cor virésque confortat.*  
*Decoctum ʒiale Cl. D. D.*

*Lud. ab Hornig.*

℞. Rad. falsastr. ℥j.  
 Lign. visc. Quere.  
 Lentisc. an. ʒvj.  
 Fol. Beton. M. j.  
 Parata pro decoctione coq. in aq. pluvialis limpida. Mensur. iv. bulliant per ¼ horæ, postea inde ʒ. crudi ℥j. in petiâ ligati, & porro bulliant donec mensura vna & dimidia sit consumpta.

Vires. *Catarribis medetur, scabiémque curat, impuritates tum per insensilem transpirationem, tum per alvum educens. Vsus: manè haustus calidè assumptus.*

*Decoctum Epaticum.*

℞. Rad. Aristoloch. rot. ℥j.  
 Rhabarb. opt. ℥β.  
 Chamæleon. nigr. ʒij.  
 Rad. Petrosel.  
 Cichor. an. ʒvj.  
 Cardopat. ʒij.  
 Herb. Endiv.  
 Scabios.  
 Betonic.  
 Acetos. an. Mβ.  
 Sem. Fœnic. ℥j.  
 F. Decoctio in ∇ font. lb. iij. ad consumpt. tertiæ partis.

*Decoctum Epatis Vituli.*

℞. Epar vitul. in frusta incisum.  
 Santal. rubr.  
 Cinamom. ana ℥β.  
 Spic. nardi.  
 Rosar.



Rofar. rubr. ana p. i.  
 Conserv. flor. cichor. ℥j.  
 Trochif. Rhabarb.

Eupator. ana ʒvj.

Coque in phiala capaci benè oc-  
 clusa, calore balnei ferventis horas  
 7. vel 8. donec hepar totum ferè in  
 liquorem redactum sit, quem ad per-  
 fectionem decoque, addendo si velis  
 saccharum.

*Vires. Conducit in omnibus Epatis  
 affectibus, & imbecillitatibus; in fluxu  
 praesertim hepatico & hydropisi.*

*Dosis ℥iij. iiij. mane ac vesperi.*

*Quercetan. in Pharmacop. Rest. cap. 26.*

*N. Eodem modo fieri quoque possunt  
 decocta Pulmonum non solum Vulpis sed  
 & Vituli & agni, addendo pectoralia  
 affectibus pulmonū congrua. Quercetan.*

*Decoctum Hystericum.*

℞. Herb. puleg.  
 Artemis.  
 Abrotan.  
 Matticar.  
 Melis.  
 Verben.  
 Serpill. ana M. j.  
 Rad. Pimpinell.  
 Baccar. Lauri, ana ʒij.  
 Castor. ʒj.  
 Sabin. ʒij.

*M. & lege artis F. decoctum.*

*Vires. Ciet menses, uterūque ro-  
 borat.*

*Decoctum Majale.*

℞. Herb. Fumar. Mj.  
 Summ. Lupul.

Cichor.

Agrimon.

Asplen.

Abfynth. pont. an. M℞.

Rad. Polypod. ʒ℞.

Glycyrrhiz. ʒ℞.

Fol. Sen. ʒij.

Sem. Anis. ʒij.

*Omnia quæ haberi possunt re-  
 centia, misce cum reliquis, ac coque  
 in seri lactis ℞. iiij. ad tertias.*

*Colaturæ adhuc calidæ infunde  
 per noctem,*

Rhabarb. cl. ʒij.

Spic. Indic. gran. viij.

Schœnanth. ʒ℞.

*Ebulliant semel ac iterum, hinc  
 colentur.*

*Vires. Sanguinem purificat.*

*Dosis ʒiv.*

*Decoctum purgans pro delicatis.  
 Quercetan.*

℞. Follicul. sen. s. st. ʒvj.

*Aqu. pomorum redolentium, aut  
 fragorum q. s. pro vnâ vice.*

*Macera vase clauso per horas 24.  
 addendo parum succi Limonum,  
 hinc bulliant, fortiterque expriman-  
 tur: adde.*

*Succi pomorum redolentium re-  
 centis, ʒ℞.*

*Sacchari candi si libet.*

*Clarifica cum albumine ovi, ac  
 aromatiza cum ∇ cinamomi.*

*Vires. Leniter purgat sine fastidio.*

*Decoctum splenis bovis.*

℞. Splenem bovis integr. in frusta  
 incisum.

Cina



Cinamom. grossè contuf. ℥j.  
Caryophyllor. ℥β.  
Croc. ℥ij.

Vini alb. seu malvatic. q. s. ad  
humectandam solummodò mate-  
riam.

Inde in vitrum capax, quod bene  
clausum in **M**. ferventissimo, hor.  
24. ebulliat, donec splen in parti-  
culas minutissimas coctus & con-  
sumptus fuerit, magnaque Iuris ex-  
quiritissimè cocti, & fragrantissimi  
copia restet.

Vires. Specificum est ad duritiem  
& obstructionem lientis, & mensum sup-  
pressionem.

Dosis ℥iij. continuando per quatuor  
aut quinque dies, cum menses fluere  
soliti sunt. Quercetan. in Pharmac.  
Restit.

N. Potest itidem redigi in formam  
Extracti, vide infra.

Plures decoctorum formulas qui  
expetit, adeat Quercetanum in  
Pharmacop. rest. VVeckerum, Po-  
terium, & simil.

C A P. L.

De Eclegmatis, Lohoch, Linctibus.

**M**ateriam præbent pectoralia: vi-  
acilicet pulveres, confervæ, mu-  
cilagines, syrupi, decocta, mella,  
pulpæ, sapa, & simil.

Modus parandi.

℞. Pulveres convenientes, fructus,  
gummi arabicum, Tragacanthum,  
succum glycyrrhizæ, amyllum, &c.  
incorpora ( in mortario, piloque li-  
gneo ) cum mellis, syrupi, mucilagi-  
nis, decocti, & simil. liquoris glutinao-  
si, q. s. donec exactè mixta, & mellis  
consistentiam nata fuerint.

Ex tempore quæ præscribuntur,  
fiunt ex Eclegmatis vsualibus, pul-  
veribus, confervis; cum syrup. q. s.  
incorporatis, vel ex solis syrupis, cū  
sacchar. cadi vel penidiati, q. s. mixtis.

N. 1. Decocta, itidem ac succi, in  
formam Eclegmatis cum Saccharo co-  
qui possunt.

N. Proportio pulveris est ferè unc. β.  
ad syrup. unc. ij.

Eclegmata vsualia sunt.

Lohoch, ad asthma, s. scyllæ

compos.

de Cassia, vid. infra.

N. 1.

de Caulib.

de Farfara.

de Papavere.

Pallulatum, N. aliud

vide infra 2.

de Pino.

de Portulaca.

de Pulmone vulpis.

Sanum & expertum.

de succo scyllæ.

1. Lohoch de Cassia pro Clysteribus.

℞. Fl. Herb. Malvæ,

Mercurial,

Parietar.



Violar,  
 Betæ,  
 Absynth. ana.  
 Coq. in f. q. aqu. ad lb. ʒv.  
 Adde pari pondere Medull. caps.  
 & mellis despumati ana F. Lohoch.  
 2. Lohoch. passularum, s. Electua-  
 rium passularum.

℞. Passular. minor. vnc. iij.  
 Sacchar. cand. vnc. ij.  
 Aqu. Scabiosæ,  
 Fœnic.  
 Farfat. ana vnc. ij.  
 F. l. a. Eclegma.  
 Vires : Confert in Tussi:acrimoniam  
 Catarrhorum mitigat.

## C A P. L I.

## De Electuariis &amp; Mixturis.

**E**lectuaria sunt, vel molliora, (in  
 consistentia confectionum opia-  
 tarum) vel solidiora in tabulis. Prio-  
 ra sunt huius loci.

*Modus parandi* varius est, adeoque  
 potiùs exemplis, quàm regulis de-  
 monstrabilis.

Electuaria vulgaria (confectiones  
 opiatae communiter appellatae) fiunt  
 è pulveribus minutissimis, melle de-  
 spumato calente, (rarè saccharo sy-  
 rupifato) susceptis, quibus solubilia  
 si admiscenda ea sint, seorsim disso-  
 luta subinde affunduntur, postmo-  
 dumque ad fermentationem loco  
 tepido reponuntur.

Reliqua fiunt solà ferè mixturâ scil.  
 pulverû, electuariatium vsualium, con-  
 ditorum (in frustra dissectorum) con-  
 servarum, extractorû seu essentiarum,  
 & simil. quæ suscipiuntur liquore,  
 maximèque syrupis q. s. ad consisten-  
 tiam. Et hæc dicuntur vulgò *mixtura*.

N. *Adduntur & interdum pauca*  
*gutula oleorum stillatiorum, vel spiri-*  
*tuum ̄i, ̄isive.*

*Sunt Electuaria, tum alterantia,*  
*tum purgantia.*

*Electuaria alterantia vstatoriâ sunt.*  
 Electuarium

Diacorum Aug.

Pseudoacori, *vide infra*. N. 1.

Alexipharmacum 2.

de Ciconia 3.

Alkermes, s. Confectio Alkermes.

De Allio, 4.

Anacardium ; s. confectio Ana-

cardina, s. confectio sapientum. A.

Antidotus Matthioli, A.

Archigenis, A.

Athanasia magna, A.

Aureum Alexandrinum, A.

Camphoratum 5.

Chalybeatum A.

Chalybeatum, Horatij Augenij, 6.

Corroborans specificum Croll. 7.

Cordial. 8.

de Croco, 9.

Diacodium, A.

Diureticum Montag. A.

de Ferri scoriis, A.

de baccis lauri Rhasis, A.

Micleta Nicolai, A.

Mithridatium. A. C.

Nucum. 10.

Diao



- Diaolibanum, C.  
 de Ovo,  
 Papæ s. Guidonis contra pestem A.  
 Philonium Mesuæ, A.  
   perficum Mes. A.  
   maius, s. Romanum Nicol. A.  
   Tharsense Galeni, A.  
 Regum. 11.  
 Requies Nicolai cum saccharo, A.  
 Resumptivum Fernelij.
- C.
- Dia-fatyrium, A.  
 Scorbuticum, 12.  
 Dia-scordium Fracastor. A.  
 Theriaca Andromachi, A.  
   Diatessaron, A.  
   Communis, A.  
 Triphera magna, A.  
   minor, A.  
   Saracena, A.  
 El. Vitæ Arnold. de V. N.  
*N. Quia species aromatica ad electua-  
 ria, cum melle vel saccharo conficienda,  
 ordinata olim fuerunt, & harum pleraque  
 Electuarij nomine communiter adhuc  
 veniunt, quas vide infra; Præstaret ta-  
 men species ab Electuarijs distinguere.  
 Electuaria lenientia vsitatoria sunt:*
- Electuar.  
 Diacassia cum manna, A.  
 Diacatholicum, Antidotus Ca-  
 tholica Nicolai, A.  
 Diaprunis simpl. A.  
   solutivum. Diadamasenum, A.  
 Hiera piera Galeni, s. simplex, A.  
 Lenitivum Florenzolæ, A.  
   de Manna, A.  
 Triphera Persica Damasceni, A.
- Elect. Purgantia vsitatoria.*
- Electuar.  
 Diasarum Fernelij, vide infra. 1.  
 Antimoniale, 2.  
 Benedicta laxativa, Nicol. A.  
 Diabalzemer, s. Elect. Sennatum  
   A. Renod.  
 Diacarthami, s. Diacnicu, A.  
 Caryocostinum, C.  
 Catharticum Imperiale, Nicol. C.  
 de Citro solutivum, A. C.  
 Diacydonites, s. Diacydonium la-  
   xativum, A. N. ad Gelatinas  
   referri potest.  
 Episcopi, s. Elefcoph. A.  
 Hamech, s. confectio Hamech  
   maior, A.  
 Hiera composita, A.  
   Logadij, A.  
   Pacchij, Archigenis, Ruffi, s.  
   Diacolocynthidos, A.  
 Indum maius, A.  
 Diaphœnicum Mesuæ, A.  
   Fernelij, A.  
 de Psyllio, Montagnanæ, A.  
 Rosarum Mesuæ, A.  
 de Suco rosarum Niccol. A.  
   N. Usitatus est in Tabulis.  
 Diasebesten, Montagnanæ, A.  
 Diassenna Nicolai, A.  
   Huë Passulæ laxativæ, A. C.
- ELECT: ALTERANTIA.
1. Elect. Pseudoacori stomachicum.  
 2. Rad. Pseudoacor. à cortice ex-  
 teriore mundat. lb. i. minutissimè in-  
 cisa & conquassata infundantur in  
 Vini rubri. s. q. ♂ ♀ (3.4.) Hinc co-  
 X 2



que ad consumptionem vini, mol-  
litiemque radicum,

Postmodum adde mellis depu-  
rat. ℥ij. vel iij iterum parum coctis  
addantur Zinzib. optimi minutim  
incis. ℥. iij. vel iij. misceantur opti-  
mè l. Δ ab consistentiam; hinc re-  
move ab Δ, & immisce.

Pulv. Cinam. acer. vnc. β.

Piper. long. ℥ij.

Galang.

Nucist.

Macis,

Cubeb.

Cardamom. ana ℥iβ.

Gran. paradif.

Piper. nigr. ana ℥. i. plus mi-  
nùs F. Elect.

N. *Alij admiscunt amygdal. dulc.  
& pineas excort.*

*Vires. Confortat Stomachum & ca-  
put frigidum, excrementa incidendo, ex-  
iccando, &c.*

*Dosis ad magnitud. avellanae vel ju-  
glandis; manè ac vespèri.*

*Electuarium Alexipharmacum,*

*Cl. D. D. Petri de Sp. F. F.*

℞. Rad. Diptamn.

Garyophyllat.

Cyper. rot. an. ℥iβ.

Asari ℥vj.

Ireos flor. ℥iij.

Fol. Rut.

Fl. Rosar. rubr. an. ℥iβ.

Fl. Diptamn. Cret. ℥iij.

Spic. Indic. ℥iβ.

Cinamom.

Croc. Or. an. ℥β.

Baccar. Iunip.

Laur. an. ℥. vj.

Mastich. ℥iβ.

Agar. troch.

Myrrh. el. an. ℥ij.

Bol. arm. præp.

Spec. liberant. an. ℥vj.

Contundantur subtilissimè, & cri-  
brentur. Postea

℞. Nuc. jugland. ℥iij.

Fic. pingv. ℥ix.

Conquassentur simul, additòque  
modico vini, trajiciantur per cribrum  
ad pultis consistentiam. Deinde.

℞. Sacchar. opr. ℥iij.

Dissolve cum aquæ q. s. Δ lentè.  
Postea adde.

Mellis despumat. ℥iij.

Coque ad aquæ consumptionem.

Deinde adde

Pulviculam illam ficuum & nucum,

Theriac. Andr. ℥ix.

Conserv. ros. rubr. ℥iβ.

Succ. Absynth. inspiss. ℥iβ.

Misce optimè cum spatula li-  
gnea: dein removeantur ab igne, &  
agitantur continuè, donec refrixe-  
rint, postea adde pulveres, miscean-  
turque perfectissimè, in fine adde  
Ambrae gris. drach. i.

Mosch. ℥j.

F. Electuar.

*Vires. Usus eius creberrimus fuit in  
saviissima illa nupera peste, in qua tam  
preservando, quam curando profuisse  
compertum est.*

*Ele-*



*Electuar. Alexipharmacum de Ciconia; Arcanum Alexipharmacum.*

℞. 1. Recentem ciconiæ sanguinem, destilla per  $\text{M}$  remanentem in cucurbita sanguinem exicca & pulverisa. Hinc

2. Extrahe Sal ex ventriculo ciconiæ incinerato, beneficio aquæ illius ex sanguine destillatæ, idque pulverisatæ illi sanguinis remanentiæ admisce.

Hisc 3. addantur in vitro satis capaci

Succin. alb. el.  $\text{z}$ . i.  
Corall. rub.  
Baccar. matur. vna inversa.  
Essent. Mumia.  
Rad. Anthon. an.  $\text{z}$ .  $\beta$ .  
Lap. Bez. Or. drach. iij.  
Theriac. opt. vnc. i $\beta$ .

Hoc cum oleo pini (ex nucl. express.) incorpora, deinceps tantum olei superaddendo, vt digitos 3. vel 4. latos emineat. Tandem insolentur aliquandiu orificio vasis diligenter obstructo; quod enim vetustius, eò melius.

Vires. Efficacissimum est contra omnia metallica, animalia & vegetabilia venena, que cum vomitu, tum secessu, tum sudore expellit.

Dosis vnc.  $\beta$ . cum haustu  $\nabla$ æ vini, vel lactis tepidi. Croll.

N. Loco  $\ominus$  ex ventriculi cinere extracti, mallem ipsas tunicas pulverisatas admiscere.

4. *Electuarium, s. mixtura de Allio.*

℞. Digator. allij, num. iij.  
Frixis & contusis cum melle & mithridatij, drach. i $\beta$ , adde  
Sperm. ceti,  
Granor. juniper. ana  $\text{z}$ j.  
Castorei  $\text{z}$ ij.

Pulv. parietar.  $\text{z}$ j.  
Oxymel. squillit. q. s. F. Elect.

Vires: *Insignium virium est contra colicam.*

5. *Electuarium Camphoratum Kegleri.*

℞. Rad. Diptamn. alb.  
Tormentill. an. drach. ij.  
Zing. alb. vnc. ij. (rectius  $\text{z}$   $\beta$ .)  
Sacchar. cand. vnc. ij.  
Margarit. præparat. vnc.  $\beta$ .  
Nuc. vomic.  
Ofs. de c. c. an. drach. ij.  
Camphor. vnc. i.  
Theriac. Andr. vnc. xv.

Sacchari alb. in aq. acetos. solut. q. s. F. Electuarium.

Vires. *Alexipharmacum ac sudoriferum est, maximique usus in morbis malignis.*

Dosis drach. j. ad ij. &c.

Paulò aliter.

℞. Rad. Diptamn.  
Tormentil.  
Zedoar. ana vnc.  $\beta$ .  
Zingib. drach. ij.  
Herb. card. bened. vnc.  $\beta$ .  
Turb. alb. & gum.  
Nuc. vomic. ana. vnc.  $\beta$ .



Rhabarb.  
 Os. de c. c.  
 Oc.  $\text{ss}$  an. drach. i.  
 Camphor. *vnc.* i.  
 Sacchar. cand. *vnc.* i.  
 Theriac. Androm. *vnc.* vi.  
 M. F. Electuarium.

6. *Electuarium Chalybeatum Horatii Augeny.*

$\mathcal{R}$ . Piper.  
 Zinzib. ana *vnc.*  $\beta$ .  
 Cardamom.  
 Caryophyllor.  
 Doronic. *aut* Angelic.  
 Croci, ana drach. ij.  
 Tamarisci, *vnc.*  $\beta$ .  
 Sem. Basilic.  
 Anis. ana drach.  $\beta$ .  
 Limatur. chalyb. præp.  $\text{ss}$ .  $\beta$ .  
 Mellis despumati,  $\text{ss}$ ij.  
 F. Electuarium.

Vires. *Confert in interperie frigida mulierum.*

7. *Electuarium corroborans specificum, s. Medicamentum specificum omnium septem membrorum principalium.*

*Crollij.*

$\mathcal{R}$ . Ol. succini ter vel quater (per  $\nabla$  Majoranæ, vel simil.) rectificati drach. ij.  
 Spirit. Oli veti,  
 Salis cranij human. (vel magisterij.) ana *vnc.*  $\beta$ .  
 Tincturæ croc. Or.  
 Granor. alkerm. ana.  $\text{z}$ ij.  
 Sal. margarit.  
 Corallor. ana  $\text{z}$ j.

Ol. Cinamom.  
 Macer. ana  $\text{z}\beta$ .  
 Lact.  $\text{ss}$  is  $\text{z}$ j.  
 Extr. Spodij  $\text{z}\text{ss}$ .  
 Antimon. diaphoret.  $\text{z}\beta$ .  
 Magist.  $\text{ss}$  i  $\text{ss}$  lati  $\text{z}$ j.  
 Tinctur. croc.  $\text{ss}$ .  
 Extr. chelidon.

Rhabarb. ana  $\text{z}$ .  $\beta$ .  
 Liquor. crystall.  
 calcul. microcosmic. ana  $\text{z}$ . j.  
 Cum extracta & inspissata Theriacæ essentia, melle iuniperino, conserva rosarum, addendo pro libitu saccharo rosaceo, F. electuarium, addita Moschi & Ambræ, ana drachma i.

N. *Propter ventriculi sympathiam cum reliquis membris, addantur spirit. Di Veneris drach. ij. atque Ol. Nucist. stillat. drach.  $\beta$ .*

*Dosis à gr. 5, 6, 7. vsque ad 20. & c.*

8. *Electuarium seu mixtura cordialis.*

$\mathcal{R}$ . Conserv. rosar. *vnc.* viij.  
 Borrag.  
 Buglos. an. *vnc.* iij.  
 Violar. *vnc.* ij.  
 Nymph. *vnc.* is.  
 Confect. Alkerm. *vnc.*  $\beta$ .  
 Pulp. citr. condit. *vnc.* iij.  
 Fl. citr. condit. *vnc.* ij.  
 Spec. Diarrhod. Abb.  $\text{z}$ . ij.  
 Margarit. præparat.  $\text{z}$ . ij.  
 Corallor. vtrorumque, ana  $\text{z}$ ij.  
 Lign. Aloës pulv.  $\text{ss}$ ij.  
 Ambr. gryl gran. vj.

Fol.



Fol. ☉ num. x.  
 Cum syrupo acetos. citri q. s.  
 F. mixtura.

Vires. Spiritus vitales, Balsamum-  
 que natura corroborat.

Dosis ad magnitudinem avellane.  
 9. Electuar. de Croco.

℞. Croc. Or. vnc. 1.

Rad. Zedoar.

Tormentill.

Nuc. vomic. an. drach. ij.

Camphor. ℞j.

Sem. Eruc.

Rad. Diptamn. alb.

Angelic. an. drach. ij.

Perafit. drach. iij.

Theriac. venet. vet. ℥vj.

Mithridatij, vnc. vj.

F. Electuarium.

Vires. Alexipharmacum est, Kegle-  
 riano nihil vel parum cedens.

10. Electuar. Nucum.

℞. Nuc. jugland. num. xx.

Ficum ping. num. xv.

Rut. vnc. i.

Sal. commun. ℞ss.

Mellis, vnc. ij.

M. F. Electuarium.

Vires: Alexipharmacum est.

11. Electuar. Regum.

℞. Pinear. vnc. iß.

Rosar. rubr. drach. ij.

Amygd. dulc. vnc. ß.

Santal. cittini. ℞ij.

Ambr. gris. ℞ß.

Moschi, gran. iij.

Sacchari albif. in ∇. rosar.

fragrantif. solut. ℞. i.

Vires. Refrigerat., exiccat, nutrit,  
 corroborat, &c.

11. Electuarium Scorbuticum.

℞. Conf. cochlear. ℥iijß.

Chamædr.

Meliss.

Rosar. incarnat.

Acetosit. citri, an. ℥. vj.

Condit. calam. arom.

ZZ.

Rad. Pimpinell.

Cort. citri, an. ℥iij.

Extr. Absynth.

Iuniper.

Sem. Sinap.

Eruc. an. ℥ij.

Cardamom.

Cinamom. an. ℥j.

℞. Ori. ℥iß.

Ol. Anif. ℞j.

Cinam. ℞ß.

Cum Spir. de Cinam. & de cochlear.

q. s.

F. Mixtura.

Vires. Refert obstructions mesen-  
 terij licisq; tenorem corroborat: idcoque  
 in scorbutico affectu virium est insignium.

Dosis magnitudine inglandis parva  
 mane ieiuno stomacho assumpta.

## ELECTVARIA PURGANTIA.

1. Diasarum Fernelij.

℞. Syrup. menth.

violar. ana vnc. viij.

Coquantur in mellis crassitiem,  
 sub finem subducto igne insperge:

Radicis peponis arefactæ,

Semi



166 PHARMACOP. MED. CHYM. LIB. II.

Seminum raphani & vrticæ maceratum in  $\nabla$  rosarum, & arefactorum, & tritorum, ana *vnc.* i.

Rad. afar. contrita & cretae  $\mathfrak{z}$ ij.  
Cinamom.

Sem. fœnic. an. *drach.* iij.

Confice in electuarium liquidum.

*Vires. Omnis generis humores circa ventriculum & præcordia exuberantes, vomitione ducit, non continuato, sed ex intervallis facto impetu, sepi atque prægnanti tutum ac facile.*

*Dosis drach. iij. vel vnc.  $\beta$ . ex aqua hordei, vel ex mulsæ.*

2. Electuarium Gale Crollij.

$\mathfrak{z}$ . Vitri  $\text{♀}$  correct. per  $\times$  *vide lib. 3.*

Theriac. Androm. an. *vnc.* ij.

Nuc. moschat.

Mastich.

Cort. arant.

Corall. rubr. præp. an. *drach.* ij.

Caryophyllor.

Sem. Fœnic.

Coriandr. præp. an. *vnc.* ij.

Pulverisentur optimè & commisceantur, F. Massa pilularum, cum mixtæ cydoniorum, q. l.

*Vires. Purgat minori violentia, quam vitrum, ac imprimis per secessum.*

*Dosis debiliori pilula una magnitudine pisi, fortiori due.*

C A P. LII.

De Elixiriis.

**E**lixyr in officinis est liquor spirituosus, facultatibus præcellentibus, mediante infusione imprægnatus. Hinc convenit ut plurimum cum Tincturis liquidis.

*Modum parandi singula serè suum obtinent.*

*Vsitatiora sunt :*

Elixyr Citri. N. 1.

Camphora. 2.

Epilepticum Am. Freyen. 3.

Crollij. 4.

Cratonis. 5.

Iuniperinum, *vide libr.* 4.

Pestilentielle. 6.

Nephriticum. 7.

Elixyr Proprietatis 8.

Veterinum Croll. 9.

*Vita Matthiol. August.*

*maius Quercet. 10.*

*minus Quercet. 11.*

1. Elixyr Citri.

$\mathfrak{z}$ . Cortic. citr. recent. ab albicante medulla separator. lb. iij.

$\forall$ i non rectific. lb. xij.

Macerentur aliquandiu, postea destillentur per vesicam cum refrigeratorio, donec phlegma stillare incipiat.

Huic spiritui, cum pauxillo croci tincto, adde

Succ. citri purific. lb.  $\beta$ .

Habebis Elixyr citri.

N. Sennertus addit quoque  $\nabla$  m rosarum lb.  $\beta$ . in qua soluta Sacchar. cand. *vnc.* x.

Vires.



Vires. Elegans est cordiale & antidotus contra pestem & aeris contagia.

Dosis cochl. i. singulis auroris, ieiunio ventriculo, nisi Epatis calidior temperies, vel capitis imbecillitas prohibeant, eo enim casu, satiato ventriculo melius confert. Tenzel. in exegesi.

2. Elixyr Camphora. s.  $\forall$  Camphoratus,  $\nabla$  pestilentialis Harimami.

$\mathcal{R}$ .  $\forall$  opt. lbj.

Camphor. select. ( tempore Aestivo )  $\mathfrak{z}$ vij.  $\mathcal{D}$ j. ( Hyemali v. )  $\mathfrak{z}$ x.  $\mathcal{D}$ ij. M. incisâ prius camphorâ ; & statim solvetur sine  $\Delta$ , appende in nodulo croc. Or.  $\mathcal{D}$ ß. & fiet  $\forall$  aurei coloris. Serua in vitro benè clauso.

Vires. Utilissimus est in peste, tam preservando, quam curando.

N. Poterit itidem adhuc semel destillari. Harman in pract. loc. de peste.

3. Elixyr Epilepticum, D. D. Freyen.

$\mathcal{R}$ . Spirit. Corall.

i. an.  $\mathfrak{z}$ ij.  $\mathfrak{z}$ ij.

$\ominus$  is cran. human.

sangu. human.

Succin. volatil. an.  $\mathcal{D}$ j.

M. stent in digestionem,  $\mathcal{O}$  ( 14. ) seruetur in vitro benè clauso.

Dosis guttula aliquot.

4. Elixyr Epilepticum Crollij.

$\mathcal{O}$  lum ad flavedinem calcinatum ; imbibe  $\forall$  i, vt f. massa.

$\mathcal{R}$ . Huius massæ lbjß.

Rasur. cranij human.

Visc. Quercin.

Vngul. alcis,

Granor. Pæon. an. vnc. i.

Omnia scindantur & tundantur, postea mixta destillentur per Retortam gradatim.

Hujus egressu liquoris lb. i. rectificetur in MB. supra.

Castorei,

Spec. Diamosch. dulc. ana  $\mathfrak{z}$ ß.

Anacardin. ( fruct. )  $\mathfrak{z}$ vj.

Postea adde  $\forall$  i, lbijj.

Sal. Pæon. drach. i.

Liquor. salis perlar.

Liquor. salis corall. an.  $\mathfrak{z}$ j.

Ol. anif.

succin. ana  $\mathcal{D}$ ij.

M. & digere in MB. per mensem.

Dosis cochl. s. vel integrum in  $\nabla$  pæon. & simili, continuando dies ( 9 )

5. Elixyr antepilepticum Cratonis.

$\mathcal{R}$ . Ciner. cornic. ex nido extract.

Turtur.

Cran. human. calc. ana  $\mathfrak{z}$ . j.

Gran. Tiliæ autumnno collect.  $\mathfrak{z}$ ij.

Stercor. leonin.  $\mathfrak{z}$ . ß.

Affunde  $\forall$  ad eminent. digit.

3. extrahe s. a. ex fecibus calcinatis elixivia sal, addèque extractionibus.

Postea adde vini malvatici tantundè (cum  $\forall$ ) & sacchar. candi vnc. iij.

Dosis cochl. s. ad i.

6. Elixyr pestilentiale.

$\mathcal{R}$ . i. Flor.  $\mathfrak{A}$  r.  $\mathfrak{z}$ . iij.

Ol. Iuniper. ( è bacc. ) rectifi-

cat.  $\mathfrak{z}$ . viij.

Succin. rectific.  $\mathfrak{z}$ . ij.

Y



Digerantur vt fiat solutio florum.

2. ℞. Theriacæ Androm. lb. 1.

F. Extractio cum  $\forall$  optimo,  
abstrahæ  $\forall$  i.

3. ℞. Rad. Enul. c.

Angelic.

Baccar. Iunip. an. ꝑnc. iij.

Extrahatur Tinctura cum eodem spiritu, abstrahaturque iterum  $\forall$  i. Misce iam extractum hoc cum extracto Theriacæ, ac affunde olea illa essentificata, prius tamen filtrata. Circula omnia simul lentissimo calore.

*Vires. Secretum est, quod in peste & morbis epidemias ad miraculum operari solet, tam præservando, quam per sudorem contagium expellendo.*

*Dosis, in præservatione guttula aliquot; in curatione à ℞j. ad ℞ij. in vino, aceto rosaceo, aqua scordij, vel alio aliquo liquore appropriato. Croll.*

#### 7. Elixyr Nephriticum.

℞. Baccar. myrtillor.

Heder.

Alkekeng.

Iuniper. ana ℞ij.

Herb. Adianthi,

Veronic.

Rusc. ana ꝑ. 1.

Rad. Cyper.

Pimpinell.

Ononid. ana ʒß.

Succ. Limon. ʒij.

℞l. Genist.

Buglos.

Sem. Melon.

Cucurbit, an. ʒj.

Nucl. avellanar. c. pellib. N. ℞ij.

$\forall$  i rectific. q. l.

F. infusio in cella subterranea.

#### 8. Elixyr proprietatis.

Elixyr hoc desumptum est ex Paracelso, Archidox. libr. 8. num. 6. vbi omisso menstruo. (origine, vt loquitur) ℞. Myrrh. Aloëpat. Croc. ana, circulat in arena lentissimo calore per menses duos, dein elicit oleum per  $\forall$  idque cum anarico pondere circulati (vide de extractis) per mensem circulat. Menstruum illud omisum varias opiniones peperit, vnde & diversi processus, inter quos tamen vltatissimus est hic Crollianus.

℞. Myrrh. Alexandr.

Aloës Epatic.

Croc. Orient. vel Vngar. an. ʒiij.

Pulverisata humecta  $\forall$  alcoholisato, hinc affunde Ol.  $\forall$  r. p. c. ad emin. digit. 2. 3. extraheque tincturam ac decanta. Relictæ materiæ affunde  $\forall$ , & vltius extrahe, decantæque. Tandem quæ restant feces, destillationi submitte, destillatumque prioribus adde.

*N. Elixyr hoc si aliquandiu digestionis commiseris, gratius fit sapore, atque efficacius operatione.*

*Vires. Parium, est tenuium, calfacit & exiccet, à putredine conservat, sudorem ciet; proficuum eius usus est in morbis malignis, hypochondriacis, vterinis, stomachi cruditate, atque inde appetitu*



petiu imminuto. *Extrinfecus mundificat valde vulnera sordida.*

*Dosis à gutt. viij. ad xij. & plures.*  
Croll.

9. *Elixyr Uterinum.*

℞. Castor. ℥ss.

Croc. ꝑnc. ij.

Extrahe tincturas, sc. cuiusque seorsim cum V, abstrahe, ad remanentiam extractorum, quibus mixtis adde:

Extr. artemis. ℥iij.

Sal. matr. perlar. ℥j.

Ol. stillat. angelic.

anif.

succin. an. ℥ij.

Digerantur mixta omnia per

♂ 8.

*Dosis huius Elixyris ℥j. vel ℥ij. ingruente paroxysmo qualicumque hysterico, tunc ilico sanantur, provocato sudore. Quod si singulis mensibus appetentibus menstruis aequali dosi utantur, non revertetur morbus. Croll.*

10. *Elixyr vita maius Quercetani.*

℞. Rad. Zedoar.

Angelic.

Geotian.

Valerian.

Tormentill.

Scorzoner.

Galang.

Lign. Aloës,

Santal. citr. an. ℥iij.

Fol. Melis.

Ment. rubr.

Maioran.

Basilic.

Hyslop.

Thym.

Fol. Chamæpit.

Chamædr. ana Mß

Gran. Laur.

Iuniper.

Cort. Limon.

Arantior. sicc.

Sem. Pœon.

Sesel.

Aneth.

Fœnic.

Anis.

Citri

Card. bened. an. ℥ij.

Caryophyllor.

Cinamom.

Macis,

Zingib.

Cubebar.

Cardamom.

Piper. long.

rot.

Spic. nard. an. ℥iß.

Benzoini,

Myrrh.

Oliban.

Succin.

Mastich. an. ℥vj.

Fl. Rorismar.

Salv.

Pœon.

Stœchad.

Calendul.

Lavendul.

Hyperic.



Centaur. min.  
 Betonic.  
 Fl. Lil. convall.  
 Tiliæ, ana. p. ij.  
 Cichor.  
 Rosar. rub.  
 Buglos. an. p. i.  
 Mellis optimi,  
 Sacchar. alb. ana lb. i.  
 Aquæ Vitæ optimè rectificatæ lb. x.  
 Digerantur f. a.  $\mathcal{S}$  (8, 10.) vase  
 Hermet. clauso. Hinc f. expressio  
 quæ destilletur, (ponendo in ro-  
 strum, moschi,  $\mathcal{S}$ ss. ambr. gris. croc.  
 ana  $\mathcal{Z}$ j.) igne, initio gradus i. &  
 extillabit  $\nabla$  clara, quam collige  
 seorsim: dein auge  $\Delta$  ad grad. 2. &  
 prodibunt spiritus nebulosi. Tan-  
 dem  $\Delta$  adhibe fortiorem adhuc,  
 ut extillet oleum, & maneat in fun-  
 do materia sicca, nec tamen perfe-  
 ctè arida, ne empyreuma extillatum  
 sapiat. Ex hac residua materia ex-  
 trahe tincturam f. a. cum  $\nabla$  illâ pri-  
 ori clarissimâ, & effunde. Demum  
 misce tres illos liquores, ac destilla  
 denuò per gradus ut priùs, singulis  
 seorsim susceptis. Ex materiâ in  
 vtraque destillatione residuâ, post-  
 quàm incinerata fuerit, elice  $\ominus$  be-  
 neficio  $\nabla$  illius clariss. primò extilla-  
 tæ, eamque  $\nabla$  m sale imbutam misce  
 cum spiritu & oleo, ac circula.  
 Vires Huius Elixiris ineffabiles sunt

virtutes, ad curandas & præcavendas  
 Vertigines, Epilepsias, Apoplexias, Pa-  
 ralytes, Manias, Ad elæcholias, Asthma-  
 ta, Synopes, Lypothymias, stomachi, &  
 aliarum partium debilitates, cachexias,  
 hystericas passiones, & alia id genus sum-  
 ma & deploranda symptomata.

Dosis, guttula aliquot in  $\nabla$  vel deco-  
 cto conveniente.

11. Elixyr vitæ minus eiusdem Querc.  
 ꝑ. Rad. Gentian.

Centaur. min. an  $\mathcal{Z}$ ij.

Galang.

Cinamom.

Macis

Garyophyllor. an  $\mathcal{Z}$ j.

Flor. Salv.

Rorifmar. an. p. ij.

Vini albi generos. lb. vj.

Macerentur in  $\mathcal{M}$   $\mathcal{S}$   $\mathcal{D}$  (8.)

dein exprimantur fortiter. Expres-  
 sio destilletur per  $\times$  in cinere ad sic-  
 citatem. Residuæ materiæ extrahe  
 tincturam cum  $\nabla$  illa destillata. f. a.  
 Postmodum incinera materias reli-  
 ctas, & elice sal cum  $\nabla$  card. bene-  
 dicti. vel simili (vel etiam fontana)  
 sal inspissatum & purificatum adde  
 tincturæ superiori & circula.

Vires. Specificum est remedium ad  
 omnes cachexias, stomachi capitisque  
Crollij. 1.

ʒ. Pulpæ colocynth. ʒvj.  
Agarici,  
Scammon. el. an. ʒʒ.  
Hellebori nigri,  
Spec. Diarrhod. Abbat.  
Aloës succotrin. ana ʒj.

Extrahe l. a. cum V. eumque iterum abstrahe. Et quia in extractione sæpe virtus purgatrix solet debilitari, ideò quidam solent ad vnam partem extractorum addere crudorum purgantium partem alteram: adde ergo superioribus, antequam extractum in fundo remanens planè inspilletur:

Trochisc. Alhand. ʒvj.  
Diagryd. præparat.  
Agaric. troch. an. ʒʒ.  
Aloës Epatic ʒj.  
Pulverifata redigantur in massam iustæ consistentiæ.  
Dosis a gran. 10. ad 25. & 30. & ultra.

N. Aliud vide in Pharmacop. Augustana.

7. Extractum Panchymagogum  
Hartmanni.

ʒ. Fol. sen. l. st. ʒij.  
Rhabarb. el. ʒiʒ.



196 PHARMACOP. MED. CHYM. LIB. II.

Rad. Hellebor. nigr. ℥j.  
 Turpeth. alb. gummof.  
 Polypod. quern.  
 Trochisc. Alhand.  
 Agaric. Trochisc. ana ℥℥.  
 Medull. sem. cartham.  
 Myrrh. rubr. el. ana ℥iij.  
 Spec. aromat. Garyoph.  
 Diamb. ana ℥j.

Cortic. citr. ℥j.

Concisa & contusa extrahantur simul omnia cum  $\nabla$  &  $\nabla$  ci-

nam. ana ℔℔. F. Expressio. Feces denuò extrahantur cum sola  $\nabla$  cinam. tenuiori, percoletur postea. Extracto adde extracti Aloës cum  $\nabla$  Beronic. vel Veronic. facti ℥iij. F. mistio, & inspissatio ad iustam consistentiam, addendo Ol. Garyophyllor. gran. 10.

Dosis à ℔℔. ad ℔℔. *Hartm. in Crok.*

*Alias insuper descriptiones videre*

*poteris dict. lib.*

C A P. LVIII.

De Farinis.

**F**arinarum conficiendarum modus vulgaris est.

*Sunt vstatiores in Officinis.*

Farina Amyli, s. amydi, *Krafftmeel.*

Avenæ,  
 Fabarum,  
 Fœni græci,  
 Glandium,

Hordeï,  
 Lentium,  
 Lini,  
 Lupinorum,  
 Orizæ,  
 Pisorum,  
 Siliginis,  
 Triticï,  
 Volatilis, *Staubmeel.*

C A P. LIX.

De Feculis.

**F**eculæ ex radicibus nonnullis, iisque viridibus eliciuntur, rarissime ex foliis.

*Modus fiendi.*

Rad. (v. gr. ari) q. v. lotam vel rasam, conquassa optimè in mortario, affundendo aquam subinde, ut fiat pulpa liquidiuscula, hanc fortiter exprime, expressionem liquidam repone, ut subsideat fecula. Feculam

subsidentem exicca. Sic fiunt.

Fecula Ari,  
 Bryoniæ,  
 Iridis nostrat.  
 Liliorum albor.  
 Pœoniæ,  
 Serpentariæ,  
 Scyllæ. N. *Hæc operationem habet peculiarem, vide lib. 4.*

N. Ono.



*Ononidis radix cocta in s. q. aqua prius & aliquantulum inspissatum reposita (hor. 3.4.) si decoctum illud clarificatum natur, & itidem ad fundum miteit.*

## CAP. LX.

## De Floribus.

**F**lores in Chymia sunt subtiliores corporis partes, per sublimationem, à crassioribus partibus, sub forma sicca separatae.

Modus, vt singulis ferè diuersus est; ita & in singulis describi postulat.

*Vsuationes sunt.*

Flores Antimonij,  
Cinnabaris Antimonij,  
Flores Arsenici. ∞ sublimatum.  
Benzoin.  
Mercurij variij, huc ♀ dulcis.  
Salis \*.  
Sulphuris variij.

## CAP. LXI.

## De Gargarismis, Diaclysmatis &amp; Dentifriciis liquidis.

**D**iaclysmata, (Collutiones oris,) sunt liquores, qui in ore detinentur, iterumque expuuntur. Hi si gargarisando adhibeantur, dicuntur Gargarismi seu Gargarismata, quod tamen vocabulum etiam generaliter pro diaclysmate non raro usurpatur. Eadem si phlegmati è cerebro eliciendo destinantur, apophlegmatismi nomen assumunt.

Liquores hi in Officinis pro vsu nulli extant, sed extempore, ad praescriptiones datas, dispensantur. Fiunt vt plurimum ex aquis, (simplici vel destillata,) succis, decoctisve convenientibus, in quibus pro libitu diluuntur syrups, mella, sapæ (ʒij, iij, iiij, ad lb. 1. ꝯx) tantillum aceti. O vsti, O i crudi, praeparati, spiritus O i, O i, & simil. In summa, omnis generis

liquores, & quicquid in his dissolubile est, diaclysmata ingredi non nequeunt.

*Exemplo sunt:*

1. *Diaclysmata Odontalgicum & apophlegmatizans.*

℞. Piper. alb.

long.

Cubeb.

Staphisagr.

Cort. mori,

mandrag. an. ʒj.

Rad. pyrethr. ʒij.

Contundantur, & ex vino albo f. decoctum, ad lb. 1. In colatura dissolvatur tantillum aceti.

F. Diaclysmata.

2. *Diaclysmata refrigerans.*

℞. Cancros viv. N. v. vj. vel viij.

Sedi maior. M. iij. vel iiij.

Con



Contunde & exprime succum.

Vires. *Maximè prodest in inflammatione.*

3. *Diaclysma ad gingivas.*

℞. Aqu. Chelidon. min. bis destillat. ℥iij.

O vsti ℥j.

M. & si libet f. filtratura.

Vires. *Insignium virium est in gingivarum putredine.*

4. *D. Ad faucium inflammationem.*

℞. Aqu. Plantag. ℥ij.

Rosar.

Acetof. an. ℥j.

Prunell. ℥ij.

Rob. Diamor. ℥ss.

⓪ præparat. ℥ss.

M. F. Gargarismus.

5. *Diacl. apoplegmatisans.*

℞. Corr. rad. sambuc. ℥j.

Rad. Galang. ℥ss.

Pyrethri. ℥ij.

Fol. Betonic.

Origan.

Majoran.

Meliss. an. M. j.

Cubebar. ℥ss.

Sem. Sinap. ℥j.

Vvar. passar. M. i.

Coquantur in vino vel aqua.

℞. Colatur. fb. s. præter propter

Oxymel. scyllit. ℥iij.

M. F. Gargarismus.

Vires. *Phlegma è cerebro elicit.*

6. *Huc referendi sunt LIQVO-*

*RES, fricandis dentibus, gin-*

*givisque destinati.*

℞. Aqu. Prunell.

Plantag. ana ℥iij.

Rob. Diamor.

Syr. rosar. sic. ana ℥ss. vel ℥j.

Spir. ⓪ i ℥ss. M.

Inservit ad dentes dealbandos,

extergendos, stabiliendos.

N. *Spiritus acidi profunt maximè ad dentes dealbandos, sed & stuporem eorum inducunt.*

## C A P. LXII.

*De Gelatinis.*

**G**elatina est succus inspissatus, purior, clariusculus, cum saccharo in scatulas effusus & congelatus. Et hinc Gelatina dicitur.

Parantur è fructibus nonnullis succulentis, tum è cornibus ac ossibus tenerioribus.

*E Fructibus.*

℞. Fructus, exprime succum, expressum coque & clarifica, (cum al-

bumine ovi,) hinc addito saccharo inspissa sensim, & effunde in scatulas.

*Aliter.*

℞. Fructus, coque in ∇, decoctionem citra expressionem decanta, vel filtra, saccharumque addendo inspissa.

*E Cornibus & Ossibus tenerioribus fit sine Saccharo.*

℞. Rasur. cornuum ossiumve (vel eadem



eâdem in fragmenta minutiora redacta, ) coque, vel digere aliquandiu in  $\nabla$  (commun. stillatiuæ appropriata, ) hinc coque & filtra calidè coagulâque.

N. Quòd si ossa & cornu animis dura sunt, acuari  $\nabla$  a poterit liquore aliquo acido, verbi gratiâ, spiritu  $\Theta$ ,  $\times$ , & simil.

Sic sunt

Gelatina Cytoniorum.

Pomorum.

Pyrorum.

Ribium;

Cornu cerui.

Cranij humani.

N. 1. His immiscentur nonnunquam pulveres, vel extracta, & simil. vnde Gelatina composita, tum alterantes, tum purgantes, v. gr. Gelatina Cytoniorum purgans, vide lib. 4.

N. 2. Sunt qui Gelatinas Cytoniorum Marmeladas vocant, easque tum simplices, tum aromatizadas pro vsu domestico parant, varij coloris.

## CAP. LXIII.

## De Infusionibus.

Infusionis ( infusi ) nomen potionibus potissimùm imponi, iisque purgantibus, lib. 1. diximus, harum rationem hîc loci exhibemus.

Liquorem exhibent aquæ stillatiuæ, (tum & fontana,) serum, mulsum, hydromel vinosum, vinum, & simil.

Materia infusioni apta, etsi & ex mineralibus & animalibus sumi queat, tamen huius loci imprimis sunt vegetabilia, & maximè purgantia cum corrigentibus.

Modus parandi.

Recipiuntur res medicamentales, præparatæ ad infusionem, incidendo, contundendo, limando, &c. prout in decoctorum doctrina traditum; immerguntur liquori, quantitate & qualitate intentioni medicæ respondentî, reponunturque, si

extractio maturanda, loco calido, ( in cineribus, vel iuxta fornacem. ) Hinc decantetur liquor, exprimaturque pro vsu.

Proportio liquoris præscribitur ferè q. s. id est, vt materia cooperiatur, liquorque superemineat digitos transversos 1. 2. 3. &c.

Exemplo sint

1. Infusio Cholephlegmagoga.

℞. Agaric. elect. ℥iſs.

Rhabarb. opt. ℥ij.

Zinzib. ℥ſs.

Spic. Nard. gran. v.

Sal. gemm. gran. iij.

Pulveriscentur grossè & infundantur per noctem in

Aqu. Eupator.

Cichor. an. ℥iſs.

Hinc calefiant & colentur cum expressione. F. Potus



Vires. Purgat bilem & phlegma.

N. Sal gemma additur ad facilitandam extractionem: cuius rei gratia & sal  $\text{H}$  addi poterit.

Huius generis sunt Vina medicata, (ut & Cerevisia medicata,) tum alterantia, tum purgantia. v. g.

2. Vinum Arthriticum.

℞. Fol. chamædr.

Chamæpit.

Sum. Salv. ana ℥ss.

Flor. Primul. ver.

Anth.

Lil. conuall. ana ℥ss.

Raf. Lign. Guiac. ℥viiij.

Vilci quern. ℥ss.

Rad. Chin. ℥iiij.

Garyophyllat. ℥iiij.

Vini mustim, enfur. LXXX.

Ponantur ad ferveſcentiam vt deferveant.

3. Vinum Medicatum Cephalico-Spleneticum.

℞. Rad. Garyophyllat. ℥iiss.

Cichor. ℥iss.

Enul. ℥j.

Herb. Ceterach.

Veronic. c. fl.

Card. bened. c. florib.

Epatic. stellat. c. flor.

Summit. Centaur. min. ana Mis.

Cort. Arantior. sicc. ℥ss. ℥ij.

Incidantur herbae, contundanturque grossè radices & cortices, infundanturque in vini mensur. viij.

Vires. Catarrhis insigniter opitulatur: caput, epas & lienem corroborat.

4. Vinum Mavricale.

℞. Herb. Melifs.

Puleg.

Capill. ♀.

Salv.

Calamenth.

Artemif. ana M. ℥.

Fl. Squinanth. ℥ss.

Calendul.

Cheir. ana p. ij.

Nucist.

Macer.

Cubebar.

Cardamom.

Granor. Paradif.

Zedoar. ana ℥j.

Vini generosi mensur. iiij. addendo saccharum pro libitu.

5. Vinum purgant.

℞. Fol. Sen. Al. s. fl. (sine stipitib.) ℥x.

Follicul. sen. ℥iss.

Epithym. ℥vj.

Sem. cartham. conuass. ℥ss.

Chialapp. ℥ij.

Cort. Helleb. nigr. ℥ss.

Cinamom. ℥j.

Galang. ℥ss.

Zingib. ℥ss.

Cort. citr. ℥ij.

Vini mensur. i.

Vires. Purgat humorem Melancholicum & serosum. Dosis ℥ij. iiij.

N. Plura Exempla alimde petere licet, vel ex decoctis, vel  $\nabla$  is destillatis compositis huc arcessere. Nimirum species dictorum Medicamentorum non minus & hic adhiberi poterunt.

Huc



*Huc pertinent Vina Hippocratica,  
sen Clareta.*

*v. g.*

6. *Claretum laxativum.*

℞. Cinamom.

Galang.

Garyophyllor.

Macis

Zinzib. an. ℥j.

Turbith. alb. ℥vj.

Fol. fen. el. ℥j.

Mechoacann. ℥iij.

Sacchar. ℥iij.

Vini generosi ℥xij.

Aqu. fontan. ℥viiij.

Cremor. ☉ ℥ij.

Stent in infusione per noctem,  
dein colentur per Manicam Hippo-

craticam.

Vires. Purgat humores melancholico-  
cos & pituitosos.

Dosis ℥ij.

7. *Claretum purgatorium, s. Vinum  
Hippocraticum ☉ iale.*

℞. Vitri ☉ subtilis. pulveris. ℥j. ℥ij.

Vini alb. opt. ℥viiijβ.

Digerantur vase vitreo bene  
clauso, in MB. ☉ ρ (6.) dein cola,  
colaturæque adde

Sacchar. albifis. pulverisat. ℥iij.  
vel ℥β.

Aromatizetur cum opt. ▽ ci-  
nam. & fervetur. Dosis ℥ij.

Vires. Satis leniter suaviterque ope-  
rationem suam infra & supra exercet.  
Sala.

C A P . L X I V .

*De Iulebis & Moretis.*

**I**ulebi (Iulepi) in Praxi vſitatiffi-  
mum potionis genus conſtituunt,  
quod ob ſaporem gratum, pro potu  
ordinario agris præſcribi vtpluri-  
mum ſolet.

Parati autem in Officina nulli  
extant, ſed extempore parantur.

N. *Iulepi violaceus & roſaceus Offi-  
cinarum, Syrupi conſiſtentiam obtinent*

Parantur ex liquore potulento, in  
quo Syrupi, ſaccharumve diſſolvun-  
tur; additis, proût viſum fuerit, &  
aliis in liquore illo diſſolvi aptis, qua-  
lia ſucci, ſpiritus, & ſimil.

N. *Syrupi vices & conſerva ſupple-*

*re poteſt, accedente colatura.*

Liquor ille potulentus adhibetur  
varius: Aqua ſtillatitia, fontana,  
(correcta pane toſto) decoctum, ver-  
bi gratiâ, C.C. Glycyrrhiæ, Hordei,  
& ſimil.

Proportio Liquoris, ℔b. 1.

Syrupi ℥j. ℥ij. vel pro-  
ût palato placuerit.

Acidiuſculi adeoque gratiores  
non raro reddi ſolent, ſpiritu ☉ i  
ad ſaporem gratum vſque inſtil-  
lato.

*Exemple ſint.*



1. ℞. Decoct. C. C. vsti, id est, in quo  
c. c. (v. gr. ℥j. vel. ij.) sit  
coctum, ℔b. i.

Syrup. papav. err. ℥j.  
corallor.

Succ. Berberor. ana ℥b.  
M. F. Iuleb.

Confert in febris aliisque san-  
guinis ebullitionibus, quas vigiliae,  
alvique fluxus comitantur.

2. ℞. Aqu. fontan. pane cor-  
rect. ℥x.

Iulep. Rosar. ℥ib.

Syr. cinam. ℥b.

Aqu. Rosar. ℥iij.

Spir. ☉i q. l. ad gratum sa-  
porem, videlicet ℥j. vel ℥b.

F. Iuleb.

Vires. Refrigerat, roborat, potiusque  
gratus est aegrotis.

3. ℞. Aqu. hordei, id est, decoct.  
℔ib.

Conserv. rosar. ℥iij.

Conquassetur conserva, tantillum  
subinde decocti affundendo, hinc co-  
letur, & si placuerit, filtretur.

N. 1. Acida si decocto C. C. (in-  
primis è crudo C. C.) instillaris, turbi-  
dum id redditur.

N. 2. Poterit itidem Santalo rubro  
aromatizari, santali scil. ℥b. simul con-  
quassando.

Huius quoque loci est Moretus,  
nostratibus dictus, potionis genus,  
ex aromaticis, aliisque confortantibus  
commixtum, addito ad gratum sa-  
porem saccharo, vel syrupo.

N. Moretus dicitur à moris seu dia-  
moro ingrediente. Estque mulierculis,  
nostratibus potionis genus vstiatissimum,  
quo veram impregnationem, confortari,  
falsam exturbari, persuasum sibi habent.

1. Moretus vsualis pro ditio-  
ribus.

℞. Diamor. c. sacchar. ℥ij.

Iuleb. rosar.

Aqu. cinamom. an. ℥j.

Spec. Diamb. ℥b.

Trag. Stomach. ℥ib.

Vini optimi, ℔b. i. M.

Bibatur manè bonus haustus,  
idque diebus continuis 3.

2. Moretus pro pauperibus.

℞. Diamor. c. sacchar. ℥ij.

Iuleb. rosar. ℥j.

Trag. commun. ℥ib.

Vini, ℔b. i. M.

3. Moretus absque speciebus

℞. Diamor. c. sacchar. ℥ij.

Iuleb. rosar. ℥ib.

Aqu. cinamom. ℥j.

Vini generosi, ℔b. i. M.

N. Species quae adduntur, post infu-  
sionem colando iterum separantur.

## CAP. LXV.

## De Lapidibus.

Lapidis nomen hinc sume non pro  
lapidibus nativis, sed pro medi-  
camentis præparatis, quæ veniunt  
nomine lapidis, ut sunt, 1. Lapis  
vege



vegetabilis dictus. 2. Medicamenta in duritiem terream, ac lapideam excocta.

Lapis vegetabilis nihil aliud est quam essentielles vegetabilis alicuius partes coniunctæ, ac in lapidem q. coagulata. Fitque.

℞. Plantam siccam, digere cum menstruo proprio, (∇ propria stillatit.) destilla, vt habeas phlegma, spiritum ac oleum. Ex remanente ac superflua materia incinerata extrahe sal beneficio phlegmatis. Ex eadem (seu eiusdem speciei planta) extrahe tincturam cum spiritu illo. Hinc imprægna ☉ tincturâ suâ s. a. ad sufficientiam. Postea adde olei quantum imprægnatum illud sal imbibere potest, & in lapidem quasi coagulantur.

N. Huiusce medicamenti genus etsi in Officinis paratum non extat, operæpretium tamen esset, introducere, in quo tamen notandum, quod lentissimo igne in lapidem paulatim convertere id oporteat.

Alias lapidis nomine veniunt. Lapis septicus, s. cauterium potentiale, tum quoque lapis philosphorum, (de quibus Augustani,) & præter hos.

1. Lapis corrosivus.

℞. Lixivium, è quo sapo niger coquitur. Id sartagine exceptum coquatur in lapidem, qui resserarum in formam scinditur, cum refrigerit, ac vitro rectè obrurato servatur.

Vires. Cauterium insigne est, dimi-

dia hora spatio fonticulum inducere sufficiens. Heurn. in Meth. pract.

2. Lapis, s. magnes arsenicalis.

℞. ☉ crudi  
☿ r. flavi,  
♁ albi,

Pulv. subtilissimè, lentoque igne liquefac. Vase refrigerato eximitur materia, quæ frigore indurefcit.

Vires. Vsus eius est in peste, vbi in forma periapti de collo suspenditur: ingreditur insuper Emplastrum magneticum. Hartm.

3. Lapis medicamentosus Crollij.  
s. Lapis salutis.

℞. ☉ virid. ℥. i.

alb. ℥. β.

Alumin. ℥. β.

Anatron. id est, fel vitri,

Sal. commun. ana ℥. iij.

☿ i,

Asynth.

Arthemif.

Cichor.

Perficar.

Plantag. an. ℥. β.

Ponantur in olla vitreata, affunde parum aceti rosacei; ac coque igne l. sapius agitando: vbi incipit ipiffescere, adde

Cerul. venet. ℥. β.

Boli armen. ℥. iij.

Diligenter misceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis. duritiem massa concreuerit, quæ postea fractâ ollâ leximenda, & ad vsus reservanda.



N. Si gummata, myrrham videlicet & thus, addere voles, instituaturn coctio lenta, ne comburantur, nec vis illorum in igne evanescat.

Vires. Virtutes eius varie sunt. Tollit ulcera & defluxiones; desiccatur vulnera in veterata; curat erysipelas, scabiem, tineam, serpigines.

Modus utendi.

Liquefcat eius ℥j. in ∇ pleuvial. mensura i. filtratur, filtraurà hac vterè, tum lavando, tum linteolum imbuendo ac imponendo.

4. Alia descriptio, Iohannis Greiff.

℞. Alumin. ℥iiij.  
 Ⓞli vngar. vir. ℥ij.  
 alb.  
 Tartari,  
 Borrac.  
 Mastich.  
 Thur.  
 Sal \* an. ℥j.  
 Ceruf. ℥vj.  
 Boli armen. ℥iiij.

Crasso modo contusa, coquantur in olla vitreata capaci, cum † fortissimo, vt suprà. Hartm. in pract. 5. Alia.

℞. Ⓞi ℥b. i.  
 Ⓞi ℥b. b.  
 Ceruf.  
 Alumin.  
 Bol. armen. an. ℥iv.  
 Sal. ammoniac. ℥ij.

Omnia bene trita coquel. Δ cum † ad eminentiam digit. 2. affuso in olla satis capaci, donec o-

mnia redigantur in lapidem durum.

6. Alius Lapis salvis.

℞. Alumin.  
 Myrrh. an. ℥iiij.  
 Ⓞi alb.  
 Anatron.  
 Ceruf. an. ℥ij.  
 Thur. ℥j.  
 Bol. armen.  
 Etugin. an. ℥iv.  
 Tere simul & cum † q. s. coque, ac coagula in lapidem.

7. Lapis mirabilis.

℞. Ⓞi alb.  
 virid.  
 Sacchar. fin.  
 Ⓞi, ana ℥b. i. b.  
 Sal. \* ℥ib.  
 Alumin. crud. ℥iv.  
 Camphor. ℥j.

Minutissimè pulverisata, misceantur cum muria siue brodio olivarum conditarum, vt fiat instar mellis. Coque dein lentè, & coagula in lapidem.

Vires. Eisdem vires obtinet cum prioribus lapidibus salvis.

8. Aliter: Lapis rubeus dictus.

℞. Vitriol. Roman.  
 alb. ana ℥b. i. b.  
 Alumin.  
 Lithargyr.  
 Lap. calamin. ana ℥iv.  
 Ⓞi. albi puri,  
 Sal. ammoniac.  
 commun. ana ℥b.  
 Affuso aceto coque l. Δ semper agitan



agitando, & cum incipit spissescere  
adde  
Cerus. venet. ℥ss.

Boli arm. ℥iv.  
M. diligenter, & coque in duri-  
tiem lapidis.

## CAP. LXVI.

## De Liquoribus.

Liquores hinc voco humores per de-  
liquium, aut similiter paratos.

N. In his excellunt salia resoluta, qua  
Balsami, vel interdum olei nomen, licet  
minutè accuratè, sibi vendicant.

Resolvuntur salia per deliquium,  
si aëri humido exponantur, vel etiam  
humore aqueo imbibantur: reliqua  
quia peculiarem modum obtinent,  
quo in liquorem redigantur, specia-  
liter in singulis quilibet innotescet.

*Liquores v. s. ratiore sunt.*

Liquor. Salis ammoniaci,

Arsenici.

Corallorum.

Crystallorum.

Salis gemmæ.

Lapis Iudaici.

Ludi, s. calculi humani.

Oculorum cancri.

Perlarum.

Saturni.

Talci.

Tartari, i. e. oleum ☞ i.

Huc Liquor. Lumbricorum.

Myrrhæ.

*Commendatur itidem maximopere*

*Liquor Lithonripticus*  
*compositus.*

℞. Ocul. cancr.

Lapid. Iudaic.

Lyncur.

Spongit.

Aëtit. ana q. v.

Pulveratis affunde Spiritum Sa-  
lis ad digit. 3. stent in solutione ☞  
aliquot, hinc depleatur solutio, re-  
stitansque materia, nouo spiritu sa-  
lis affuso denudè solutioni submitta-  
tur, donec tota ferè soluta sit. Solu-  
tiones confusas coagula euaporando  
vel abstrahendo. Coagulatum tritum  
solue per deliquium, liquorem hunc  
coagula iterum, ac solve, idque re-  
pete donec coagulationem ulterio-  
rem admittere nolit.

*Vires. Maximam confertur vi-  
rim in calculo resolvendo.*

*Dosis gutta. i. ac altera indies propi-  
nata. Vide Medull. dest. part. i. tr. 10.*

*Liquor ad ulcera.*

℞. Calc. viv.

Sal. ammoniac. ana.

Læviga simul; & funde ad follem  
fusionem maturatâ, & confluit ut ☞  
quam effunde. Massæ huic tritæ adde  
sal ☞ tantundem ac fuit alterutrius,  
reponèque in cellam ad liquefcedum.

*Vires. Sanat impetigines, ulcera fi-  
stulosa, aliaque maligna & inveterata  
mundificat, & ad sanationem disponit,  
proin confert in cancris, serpigine, lue ve-  
nericâ, & similib.*



## CAP. LXVII.

## De Magisteriis.

**M**agisterij nomen etsi æquivocū sit, uti lib. I. dictum: attamen communiter vsurpatur pro pulvere, ut plurimum candido, per præcipationem ex certis quibusdam rebus præparato. Res illæ tum è mineralibus sunt, ut terræ & lapides, tum è vegetabilibus, ut Herbæ, &c. tum ex animalibus, ut ossa, cornua, crustacea.

## Modus fiendi.

34. Materiam ex qua Magisterium parare constitutum est, tere aut comminue grossè, hinc affunde liquorem convenientem (acidum vel similem) ut solvatur, vel extrahatur; solutio præcipitatur (affuso liquore, vel materiâ, cuius vi solventis vis obtundatur,) præcipitatus pulvis abluatur, si opus sit ∇ communi, hinc exsiccat. lentè.

## Sic fiunt.

## Magisteria.

## 1. E Mineralibus.

Tritis affunditur solvens, solviturque f. a. solutio præcipitatur, eluitur & siccat.

N. 1. Liquor solvens vulgariter adhibetur  $\times$ , tum per se, tum acuatam per Sp.  $\odot$  vel similes spiritus minerales, sc.  $\oplus$ ,  $\ominus$ , &c. vel peculiaris destillatur solutioni aptus liquor, de quo suis locis.

N. 2. Præcipitatio fit communiter oleo  $\text{H}$  i. p. d. nonnunquam spiritu  $\odot$  i.

N. 3. Qua consistentia sunt duric-

ris, ut lapides, antea calcinari volunt. Vide specialius libr. 3.

## 2. E Vegetabilibus.

1. Tritis grossè, vel incisus affunde lixivium forte ex  $\ominus$   $\text{H}$  i, & ∇ pluviali paratum, extrahatur, decantetur ac præcipitetur affundendo aquam aluminis (in qua  $\odot$  solutum) exicca lentè.

N. 1. Præstat adhibere herbas mediocriter siccas.

N. 2. Sic nobis in usu sunt tam ex alterantibus, quam purgantibus, v. g. Magisterium Rhabarbari, cuius dosis ʒss.

2. E Sulphureis, i. e. quæ oleosa parte scatent, extrahitur Tinctura beneficio  $\nabla$ . rectificatis, præcipitaturque affusâ aq. com. vel ∇ aluminis.

N. 1. Sic fit Magist. Resinarum, Succini, Corticum resinofarum, e. g. cinnam. Turpetb. Chalapp. &c.

N. 2. Extractis Cat. non immerito annumerari poterunt.

## 3. Ex Animalibus.

Ossa, Cornua, Crustacea seu Testacea exhibent sua magisteria, modo, qui de lapidibus traditur: videlicet beneficio  $\times$  vel spiritus alicuius mineralis acidi & acris.

## Vsciora sunt.

Magister.

Concharum.

Corallorum rub. alb.

C. Cerv.

Cranij



Cranij humani.  
Cryfallorum.  
Granatorum.  
Hyacinthor.  
Lap. Iudaici.  
Magnetis.  
Mandibularum lucij.  
Matris perlarum.  
Oculorum caneri.  
Ovorum struthij.  
Percarum lapillorum.  
Perlarum.

Rubinor.  
Saphiror.  
Smaragdorum.  
Terra sigillatæ.  
Turiz.  
Vitri Venetiani.  
Vngulæ alcis.  
Sic & Mag. Ialappæ.  
Scammonij.  
Succini.  
Turpethi.

## CAP. LXVIII.

*De Masticatoris.*

**M**Asticatoria, Διαμαστικήα sunt apophlegmatizantia ita dispensata, vt dentibus mastificentur.

Fiunt modis tribus :

1. Simplicia, vel integra, vel in pulveres redacta, concisave mastificantur; vt Mastiche, vuz passæ, pyrethrum, cubebæ, folia salviæ, agaricus, & simil.
2. Eadem contusa nodulo includuntur, qui ori inditus dentibus subinde comprimitur.
3. Eadem cum cera, mastiche, carne passularum ficuümve, tere-

binthinâ, melle, & similib. in massam subiguntur, dentibus submittendâ. v. g.

℞. Rad. pyrethr. ʒj. Nucist. Zinzib. ana ʒij. Mastich. ʒj. Dissolvatur Mastiche in pilâ calidâ cum pistillo; hinc cætera admisceantur subigendo in massam, vel pastillos mastificabiles, pondere ʒß.

*Item.*

℞. Rad. Pyrethr. Mastich. ana ʒß. subigantur cum cera in morsulos magnitudine avellanæ.

## CAP. LXIX.

*De Morsellis & Rotulis:*

**M**orselli, ( morsuli) ex omnibus Medicamentorum generibus fieri possunt. quæ non respuunt cum saccharo soluto commisceri, inque placentas indurari. Talia sunt pul-

ueres, Semina, ( minutiora) condita, conservæ, olea, Extracta: Inprimis tamen ad morsellorum compositionem cooptantur pulveres, de quibus tamen notandum, quòd non



opus sit æquè subtiles eos recipi, ac in rotulis.

*Modus fiendi.*

R. Sacchari q. s. solve in liquore debito super ignem: hinc coque ad consistentiam ut frige factum induretur, (probare id poteris tantillo in orbiculum stanneum vel lapidem effuso: ) Hinc immisce sensim pulveres, optimè agita, effundèque dum adhuc calore liquidum est, supra tabulam cupream lapideamue, ut refrigerat & induretur, demùm scinde in tabulas.

N. 1. In purgantibus loco sacchari recipi potest *Manna*, cuius proportio uti & sacchari pro Medici voluntate adhibetur: ut plurimum recipitur sacchari sextuplum, octuplum, &c. prout res in miscenda fortiores vel ingratiore fuerint, e. gr. ad extracta & olea destillata maior sacchari quantitas expetitur.

N. 2. Nuclei ac semina emulsioni apta, si ad morsellorum constitutionem concurrant, pro libitu in emulsionem redigi poterunt, quâ saccharum dissolvatur.

N. 3. Condita duplici modo morsellos subeunt. 1. Conquassata. 2. In frustula incisa.

N. 4. Olea destillata si occurrerint in sine ea instillare oportet, vel paratis morsellis illinere. Idem Iudicium sit de *Moscho* ac *Ambra*, qua in aqua rosarum dissolvuntur, atque paratis tabulis illinuntur.

*Vsitatores sunt alterantes.*

*Morsuli, seu tabula:*

Bezoardici, è pulv. bezoardic.

Cephalici, è speciebus cephal. è succo & corticibus citri, s. de citro, vide infra. N. 1.

Imperatoris, è spec. Imper.

Pectorales, 2.

Post pastum, Aug.

Saccharum rosarum tabulatum.

Saponea, Aug.

ad Vermes, A.

Zingiberis cocti, A.

*Purgantes vsitatores.*

*Morsuli*

Diacarthami, A.

Diaphenic. A.

Diatrion. laxativa.

Diaturbith. cum rhabarb. è speciebus.

de Diagydio, s. laxativi, vide inf. 3.

de *Manna*  $\square$  at. vide lib. 4.

de Mechoaca, 4.

è succo rosarum, A.

1. *Morselli de Citro.*

R. Carn. citr.

Cort. citr. condit. concif. an.  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

Ol. citr. gran. xij.

Succ. citri puriss. q. s.

Sacchar. in  $\nabla$  citri sol.  $\mathfrak{z}\mathfrak{xvi}$ .

F. l. a. Morsuli.

Sunt Cordiales uti citrum.

N. *Fiant & simplices è succo, corticibus, & saccharo.*

2. *Morsuli pectorales, F. F.*

R. Pinear. rec. in  $\nabla$  rosar. parat.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ .

Amygd. d. excort.  $\mathfrak{z}\mathfrak{v}$ .

Sem. Melon. rec.

Cucum.

Cucurb. an.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ij}$ .

Spec. Diarrhod. abb.  $\mathfrak{z}\mathfrak{iv}$ .

Mag.



Mag. perlar. ℥j.  
 Sacchar. alb. in ∇ rofar. & sca-  
 biof. fol. ℥xvi.  
 F. l. a. Morsuli.  
 Sunt nutritiui, refrigerantes, acri-  
 moniam mitigantes, adeoque con-  
 veniunt in heclicâ.  
 3. *Morsuli de Diagryd. f. laxat.*  
 ℞. Crem. ℥iij.  
 Resin. scammon. ℥ß.  
 Sacchar. in ∇ rofar. fol. ℔. i.  
 F. Morselli.  
 Purgant bilem.  
*Dosis adulto ℥ß.*  
 4. *Morsuli de Mechoaca, F. F.*  
 ℞. Conserv. violar. ℥j.  
 Spec. Diatragac. fr. ℥iß.  
 Turbith gum.  
 Mechoac. alb. ana ℥ß.  
 Diagryd. præpar. ℥ij.  
 Ol. cinam. still. gran. vi.  
 anif. gran. iv.  
 Sacchar. in ∇ fœnic. fol. ℥xiv.  
 F. l. a. confectio in morsul.  
 Purgat bilem ac phlegma.  
*Dosis à ℥ß. ad ℥j.*  
*Vide part. 1. l. 4. observat. Cl.*  
*Gregor. Horstij.*  
*De Rotulis.*  
 Rotularum parandarum modus  
 idem est, qui morsellorum, nisi quod  
 Rotulæ, quia formulas illis mino-

res expetunt, medicamenta requi-  
 rant, quæ rotularum formationem  
 non impediunt. Pulveres itaque sub-  
 tiles esse oportet, dosique minori.  
 Proportio sacchari vulgatissima  
 est octupla, ( $\frac{1}{8}$ ) plus minus. In  
 purgantibus verò quadrupla, ( $\frac{1}{4}$   
 sacch. } In oleis, stillatitiis major,  
 pulver. }  
 scil. sacchar. ℥j. ol. gran. iv. &c.  
 N. Finnt & rotula è succo & saccha-  
 ro, si scil. hoc in illo solutum ad consisten-  
 tiam iustam coquatur & rotuletur. Ve-  
 runtamen notatu hîc dignum, Rotulas,  
 quæ ex succis acidulis fiunt, v. gr. è succo  
 citri non admittere coctionem, sed solâ  
 parari mixtione. Videlicet, ℞. Sacchari  
 pulverisat. ℔. i. calefcatur ad ignem len-  
 tum, hinc affunde succi, v. gr. Berber.  
 ℥ij. misce, & effunde in rotulas,  
 Rotula v'sitatiores sunt.  
 Rotulæ de Berber.  
 Manus Christi simpl.  
 perlat.  
 Diatragacanth,  
 ℞. ris, videl. 3. &c.  
 Quinimò ex singulis pulveri-  
 bus & speciebus, tam alterantibus,  
 quàm purgantibus, addito saccharo  
 in conveniente ∇ soluto Rotulæ  
 pro rei exigentia fieri possunt.

C A P . L X X I .

De Oleis Stillatitiis.

Olea propriè sic dicta, triplicis Destillata. 2. Expressa. 3. Infusa  
 generis in Officinas veniunt. 1. ac cocta.



*Olea destillata.*

Olea stillatitia ex singulis simplicium familiis parari possunt, mineralium, vegetabilium, ac animalium.

MINERALIA, quæ Oleum fundunt, maximè sunt ex genere sulphureorum; ut succinum, carbo Petræ, & simil.

Destillatio illorum eadem est, quæ resinarum, vel gummatum.

VEGETABILIA primaria, ex quibus olea destillantur, sunt herba, flores, fructus, semina, radices, ligna, cortices, aromata.

Secundaria sunt olea, resina, gummi.

Modus destillandi olea ex primariis, eadem operâ perficitur, quâ  $\nabla$ s ac spiritus destillari diximus, & ut plurimum per vesicam.

N. 1. Felicius oleum ascendit. 1. Si nonnihil  $\ominus$ is, vel  $\boxplus$ i immiscetur.

2. Si digestio fermentatione pramittitur, cuius promovenda gratiâ nonnihil fecum cerevisia, vel etiam  $\ominus$ is com.  $\boxplus$ iue addi poterit.

3. Si Oleum præcipuè expetitur, statim auctiore igne destillatio incipi potest.

I. Ex herbis.  $\boxplus$ . Herbas virides, vel siccas, q. v. contunde ac affunde  $\nabla$ m, (additòque  $\ominus$ is manipul. vno ac altero, colloca ad putrescendum) hinc destilla per vesicam.

N. Herba sicca plus olei suppeditant quàm virides.

II. Ex floribus (siccis præcipuè) olea ad eundem modum destillan,

præcipuè si contusi dies aliquot (14.) adjectâ parte  $\ominus$ is  $\frac{1}{2}$  (vel huius loco sacchari,) cum  $\nabla$  fuerint macerati. Sic fiunt oleum chamomillæ, lavendulæ, rosarum, &c.

III. Ex seminibus.  $\boxplus$ . Semen, e. gr. fœniculi grossè contusi, lb. 1. affunde  $\nabla$  font. ferventem, q. s. addendo  $\ominus$ is M. 1. (vel insuper, si libet,  $\boxplus$ i  $\frac{3}{4}$  1. aut ij.) digere dies (8. 9. 10.) hinc destilla  $\Delta$  mediocri per Vesic.

IV. Ex fructibus, e. gr. baccis iuniperi, lauri, & similibus, simili ratione, ut dictum, oleum educitur.

N. Fermentatio promoveri potest addito tantillo fecum cerevis.

V. Ex radicibus.  $\boxplus$ . Radices, conquassa, ac digere cum  $\nabla$  aliquandiu, hinc destilla per vesicam.

N. 1. Præstant sicca, uti & qua collecta fuerunt, antequàm in stolones abierint.

2. Maiorem olei copiam si expetis, destillationis residuum cum  $\nabla$  illa destillata, maceva ac destilla iterum.

VI. Ex corticibus non lignosis oleum ad eundem cum radicibus paratur modum, v. grat. ex cort. arantior. citri. & s.

N. Præstant cortices nondum excicati.

VII. E lignis & viscis.  $\boxplus$ . Segmenta lignorum arida, q. v. imple retortam terream, (lutatam,) ac destilla in excipulum sat amplum, igne nudo gradatim adhibito, sic extillat primum liquor clarus, continuo



nuato hoc igne post horas (4. 5.) sequentur spiritus nebulosi: tandem auge ignem, ut fundus retortæ candescat, sic ascendit oleum nigricans & fœtidum, quod à liquore separa, ac rectificat. Sic fiunt olea è ligno guajaci, agallochi, buxi, coryli, ebeni, juniperi, santali, serpentarij, sic & viscorum coryli, querni, & simil.

N. 1. Fieri quoque possunt per descensum, sed nostratibus inusitatus est, oleumque crassius exhibet.

2. Caute procedat, nec nimium properet, spiritus enim impetiosi receptaculum disijcere proclives sunt.

3. Elici quoque possunt olea huius sortis ex resinosis lignorum extractis, ad modum resinarum aliarum destillatis. Kesh. 1. cent. 86.

4. Sunt & ligna, sed pauca, qua oleum suum, (quod subtilius ac volatilius est,) per vesicam cum  $\nabla$  fontana destillata tarde licet, profundunt, ut sassafras, lignum rhodinum, cypressinum. Videlicet lignum serratum vel minutim incisum, maceretur in  $\nabla$  aliquandiu, dein destilletur per vesicam; destillatione dies aliquot continuat à prodit tandem oleum.

Rectificantur olea, tum ex cucurbita, tum ex vesica, cum  $\nabla$  copiosa quantitate ea destillando. Nonnunquam tamen, si ponderosiora sint, arenæ immixta & per retortam rectificari opus habent.

VIII. Ex aromatibus.  $\mathfrak{z}$ . | Aromata grossè contusa, (pulveres minus olei fundunt,) maceretur cum menstruo idoneo, per aliquot dies, (4. 5. 6.) hinc destilla per vesicam,

sic prodit oleum &  $\nabla$ .

N. 1. Poterit in idem & aliquid  $\ominus$ , vel  $\odot$ , vel  $\boxplus$  admisceri.

N. 2. Alij in eiusmodi oleis eliciendis amygdalas rebus addunt, ut maiorem copiam nanciscantur, sed fraudulentè; etenim partem majorem ejusce olei amygdala sibi merito vendicant.

N. 3. Alij digerunt primò aromata in spiritu Terebinthina cōkobato aliquot vicibus supra  $\ominus$  calcinato. Verum nec hi purum oleum aromaticum nanciscuntur.

N. 4. Separatio olei ab  $\nabla$  fieri potest. 1. Subsidenò. Nimirum si aliquandiu (  $\mathcal{C}$  14.) destillatum immortum in cella steterit, subsidet oleum. 2. Filtrando per chartam.

I X. Ex resinis.  $\mathfrak{z}$ . Resinarum  $\mathfrak{ss}$ . 2. vel 3. affundatur  $\nabla$  quantitas copiosa, destilleturque per vesicam.

Sic prodibit Oleum, quod primò clarissimum stillat  $\nabla$  supernatans (dicitur vulgò Spiritus.)

Hinc incipit paulatim flavescere, muta itaque receptaculum, & suscipe flavum hoc Oleum, (si placet seorsim,) continuando destillationem, donec nihil olei amplius extillet, (dicitur Oleum.)

Tandem exime materiam in vesicâ restitamentem, (quæ colophoniz dicitur,) eamque destilla ex retorta in arena, & extillabit oleum crassum rubrum, (Balsamus vulgò.)



N. Possunt quidem Olea hac & Balsamus unâ eademque destillatione per retortam elici, igne scilicet gradatim adhibito, verum enimverò præstat per vesicam priora illa elicere, tum ut præcaveatur è puriora, tum quoque ne eorum astu labor irritus reddatur quod aliàs facile accidit. Si nihilominus volupe sit per retortam ea simul destillare, exastuatio præcaveri potest, si arenam resinâ liquefactâ immiscueris.

Sunt autem resinæ usitate Lenrici, ( Terebinthina cypria, ) Laricis, ( id est, Terebinthina vulgaris, ) pini.

X. Ex gummi-resinis. ꝛ. Gummi-resin. lb. 1. inde retortæ vitreæ, (ventre capaci ( ut saltem tertia pars impleatur, destilla per arenam in receptaculum, aliquotâ parte  $\nabla$  adimpletum, primò  $\Delta$  lento, & prohibet oleum, dein auctiori, & extilabit Balsamus.

N. 1. Ut fervescantiam præcaveas, arena aliquid admiscere poteris: Alij loco arenæ addunt triplum silicium grossè contusorum, vel salis aliquid, quo ascensionem olei promoveant.

N. 2. Rectificari potest hoc oleum per cineres cum  $\nabla$  destillando; vel etiam laterum fragmenta ignita eo imbibendo, atque ita destillationem peragendo, non secus, ac destillatur oleum de lateribus.

Sic fit Oleum è Gummi. Anime, Elemi, Tacamahaca.

IX. Ex gummatibus, ( præcipuè ferulaceis ) Olea elici possunt ad eundem modum quo ex resinis. Nimi-

rum oleum subtilius per vesicam cum  $\nabla$  destillando elicitur; crassius ac ponderosius per retortam. Vel si mauius destillatione unâ eademque utrumque per retortam elicere, destilla initio calore leniori, ac suscipe oleum subtilius seorsim; dein collige crassius igne auctiori. Præstat tamen per vesicam, ut de resinis dictum.

N. Felicius eliciuntur hæc olea ex Extractis resinosis, ad modum quem in resinis dedi.

Reliquorum oleorum præparaciones, siqua ab hisce discrepant, specialiùs in singulis edocebimus.

Ex ANIMALIVM familiâ exhibent Oleum, cornua, medulla cerebri, ossa, unguis, pinguedines, sanguis, stercorea, ( vide de  $\nabla$ is. )

Cornua, ossa, unguis, igne nudo per retortam ( terrâ lutatam ) pelluntur, funduntque vno ac eodem labore liquorem seu spiritum acidum, ( phlegmate commixtum, ) oleum ac sal volatile. Oleum id rectificata.

Medulla, cerebri ac spina fundit oleum, si admixto  $\Theta$  per retortam vitream ex arena destilletur.

Pinguedines, ( axungia, serum, butyrum, cera, ) destillantur aliis rebus commixtæ, ex cucurbita vel retorta vitrea, idque per cinerem aut arenam; commiscuntur autem, vel cum lateribus pulverifatis, vel cum silicibus calcinatis, vel cum cinere arenæ, ut eò faciliùs oleum ascendat.

N. Quan



N. *Quantitatem rei adicienda edo-  
cebit pinguedinis destillanda consistentia,  
qua in aliis mollior, in aliis durior, ple-  
runque autem sumitur pars tertia vel  
quarta, interdum pondus aequale.*

*Sanguis destillatur igne nudo ex  
eucurbita figulina alta ac spaciola,  
ad remanentiam terræ nigrae, levis  
ac spongiosa. Destillatum liquo-  
rem filtra per chartam, & transibit  
liquor, remanente in charta oleo  
fœtente, ( in parua quantitate, ) Li-  
quor hic exhibet spiritum, Sâlque  
volatile hinc inde vasis destillatoriiis  
adhaerescit.*

N. *Præstat sanguinem calentem re-  
cipere, ( metretas scil. 2. vel 3. ) eîusque  
in NB, clauso vitro digerere ( 9. vel  
plures ) hinc per gradus destillare.*

*Olea destillata vstatoriâ.*

Oleum Absynthij.

Anethj.

Angelicæ.

Anisi.

Aurantiorum.

Butyrj maialis.

Benzoin.

Calami aromaticj.

Camphoræ.

Cardamomi.

Carvi.

Caryophyllorum.

Ceræ rectificat.

Chamæmeli.

Chærefolij.

Cianamomi.

Oleum Citri corr.

Cymini.

Cubebarum.

Euphorbij.

Fœniculi.

Galbani.

Guajaci.

Hyslopi.

Iuniperi è baccis.

— ex ligno, August.

Laterinum Philosophorum.A.

Macis.

Maioranæ.

Mastichis.

Melissæ.

Menthæ.

Myrrhæ rectific.

Nucis moschatae.

Origani.

Piperis.

Pulegij.

Rorismarini.

Rosarum.

Saluiæ.

Saponis.

Sauinæ.

Serpilli.

Smegmatis.

Spicæ.

Succini albi.

— flauj

Tartari.

Terebinthinæ.

Zedoariæ.

Zopissæ.



## C A P. LXXI.

## De Oleis expressis.

EXprimuntur Olea ex seminibus  
ac nucleis nonnullis oleosis.

*Modus.*

32. Nucleos ficos (ex. gr. amygdal.) non rancidos, excortica ac contunde in mortario lapideo minutissimè, hinc inde sacco, ac exprime fortiter sub prælo.

N. 1. Præstat ut plurimum massam illam tritam in sartagine torrere, vel vapore  $\nabla$  calida resecere. Exemplo sit vulgaris ille modus exprimendi olea ex semine Lini, papaveris, & simil.

N. 2. Eliciuntur quoque Olea sed pauca per decoctionem rei in  $\nabla$ . quâ decoctione pars oleosa supernat: sic fit Balsamus Peruvianus, oleum lauri, & similia.

*Vsitatiora sunt.*

Oleum Amygdalarum amar.

— dulc.

Avellanarum, Aug.

Balaninum, à balano myrsica.

Cannabis.

Oleum Carthami, Aug.

Ceraforum ex nucl. Aug.

Citri è granis, Aug.

Eruca sem.

Hyoscyami, ex semin.

Iuglandium, ex nucleis.

Lauri Aug.

Lini sem. Aug.

Macis.

Nigellæ, ex sem.

Nucis moschatæ, Aug.

Olivarum ex olivis maturis.

N. Hoc Oleum intelligitur, quoties

Olei simpliciter mentio fit.

Omphacinum ex olivis immaturis.

Ovorum, ex vitellis.

de Palma, f. de palla.

Papaveris.

Perficorum nucleor.

Pinearum.

Pistaciorum, Aug.

Raporum sem.

Ricininum, f. de Chervâ.

Sesaminum, Aug.

## C A P. LXXII.

## De Oleis per infusionem &amp; coctionem, &amp;c.

Olea hæc tum simplicia, tum composita, Officinis vtitatissima sūt.

*Modus parandi.*

1. Simplicia recentia incisa coquantur in oleo mixto aquæ, vino aliivè liquori convenienti, idque

tantisper, donec humiditas aquea exhalarit.

2. Sicca simplicia in oleo mero macerantur.

Commodior modus hicce est.

Herbis exicatis ac pulverifatis affunde



funde oleum, digeréque in  $\text{M}$ . horas (12.) dein exprime fortiter, expressionem expone calori leni, ut feces subsideant, quas separa.

N. Oleum communiter adhibetur olivarum, interdum omphacinum, vel aliud, de quo peculiaris semper occurrit admonitio.

*Vsitatiora Olea insolata simplicia.*

Oleum Absynthij, cum Oleo Omphacino.

Abrotani.

Anethi.

Chamæmelinum.

Cheyrinum.

Cydoniorum, c. Omphac.

Enulæ, c. Ol. Sefamin.

Euphorbiæ, c. Ol. Cheyrino.

Formicarum.

Hederæ terrestris.

Iasminum.

Irinum.

Ligustrinum, Cyprinum, de Alcanna.

Lilinum.

Liliorum convall.

Lumbricorum, c. Ol. Omph.

Mastichinum, c. Ol. Omph.

Menthæ, cum Omph.

Melilot. ex fl.

Momordicæ, ex fruct.

Myrtillorum, c. Ol. Omph.

Myrtinum, c. Ol. Omph.

Nardinum simpl.

Nicotianæ.

Nymphææ alb. c. Ol. Omph.

Populeum.

Ranarum.

Rosatum vulgare.

— — Omphacinum.

Rutæ.

Sambucinum.

Scorpionum simp.

è Styrace.

Verbasci.

Vernisium, Vernix, c. Ol. Lini.

*vide lib. 4. Juniper.*

Violarum ex fl.

N. *Huc pertinet & Balsamus  $\text{A}$ is. Lithargyrj, & simil. que nihil aliud sunt quam oleum s. spiritus Terebinthina mineralibus illis impregnatus.*

*Olea cocta composita.*

Oleum de Capparibus.

Castorei.

Costinum.

Croci.

Hyperici.

Liliorum.

Majoranæ, s. Sampsuchinum.

Mandragoræ.

Moschellinum.

Nardinum comp.

Papaverinum.

de piperibus.

Resolutivum.

Rosarum Mesuræ.

Scorpionum compositum.

— — magnum.

Stomachale Cratonis.

Vulpinum

Zanetinum Melichij. Cord.

in append.

E e.



1. *Oleum febrifugum Scrobelbergeri.*

℞. Ol. Nymphææ unius saltem anni.  
Lumbricor.  
Rosar.  
Hyperic.  
Amygdal. am. an. ℥j.

Mixtis impone scorpiones vivos  
No. 1x. Exponantur Soli (paretur si  
possibile in ingressu ☉ in signum m♄.  
vel ☍.) donec moriantur scorpiones,  
tunc etiam adde,

Theriac. Andr. opt. ℥ss.  
Relinquantur insolari per ℞. 14.

Vires. *Easdem vires cum aliis scorpionum oleis lib. 5. descriptis obrinet. Inprimis tamen inseruit Emplastro febrifugo conficiendo.*

2. *Oleum Hyperici compositum, s. Balsamum Hyperici. Nobiliss. Georg. Goleri à Rabenstein.*

℞. Olei Hyperic. opt. lb. 1.  
Vini generos. sextar. tres.  
Ol. Terebinth.  
Laterin.  
Lumbricor. an. ℥ij.  
Cera ℥j.

Pinguedin. human. destillat.  
Ol. de medulla (hum. vel cerv.)  
destill. an. ℥ij.

Theriac. Andr.  
Mithridat. an. ℥j.  
Visc. querc.  
Tilia,  
Coryl. an. Mj.  
Fol. Persicar.

Rut. murar.  
Pyrol. an. M. iij.  
Flor. Antirrhin. M. viiiij.  
Hyperic. M. vj.  
Verbasc. M. ij.  
Betonie.  
Centaur. min.  
Prunell.  
Consolid. aurea,  
Ptarmic. Austriaca,  
Chelidon. an. M. j.  
Sem. Antirrhin. ℥ss.  
Hyperic. ℥ss.  
Rad. Dracuncul. maculat.  
Aristoloch. rot.  
Symphyt. an. ℥ij.  
Scrophular.

Fabariae, s. Crassul. maj. an. Mj.  
Bulliant sine coq. in diplomate, vase optimè clauso ad consumptionem Vini. Exprimantur fortiter; postea imponantur.

Croc. ℞.  
Mumia,  
Mastich.  
Thur.  
Myrrh. an. ℥ij.

Denuò coq. leviter, dein pro circulatione ponantur ad Solem, hinc ad fornacem.

N. *Non opus est prædictum oleum vel Balsamum de novo sapius conficere, siquidem Balsamus iste ad solem collocatus facillè ex novis floribus, superius annotatis, & foliis Persicariæ & Pyrolæ, necnon & semine Hyperici augeri potest, & de novo restaurari, hac tantum injiciendo & ad tempus aliquod in sole digerendo, post-*



postmodum hyeme colando, & ad fornacem collocando. Quò enim vetustius hoc oleum fuerit, eò efficacius & nobilius evadet.

Ufus & Applicatio: 1. Hoc oleum sive Balsamum excellentissimum existit contra hausta venena, introsumptus: Hac tamen conditione, ut prius concitetur Vomitus per lixivium, vel oleum olivæ cum calido bibitum, vel quod melius, per  $\nabla$  Nicotiana, s. Tabaci.

2. Calculum & arenas pellit, sapius in ovo cocto assumptum.

3. In magna quantitate exhibitum vermes ventris necat & expellit, praesertim si in  $\nabla$  Persicaria exhibeatur.

4. Prædicto modo usurpatum, corpus ab omni corruptione & multis ulceribus præservat, ut planè nulla in corpore humano sive interius sive exterius nasci queant.

5. 6. Auriginem quoque & Hydrophisin discutit.

7. Interna iidem vulnera & qua contusa sunt mirabili effectu curat.

8. Vomitus sanguinis & Dysenteriam vi compescit atque constringit.

9. Vulnera omnia externa, qualiacunque sint, etiam ea quæ Venenatis armis inflicta fuerunt, miræ celeritate Balsamica vi contrahit atque conglutinat, omnia alia vulnerum symptomata prohibens ac tollens. Si linteola rasa in eo madesiant & vulneribus imponantur, illa sapius lavando & extergendo. Possunt insuper hoc oleo omnia Emplastræ Stictica, quemadmodum & reliqua in sua virtute & efficacia sola malaxatione confortari,

ut maioris inde virtutis & energia sint.

10. In capitis v. vulneribus ubi cranium quoque ad duram vel piam materiam lasum fuerit, optimè & studiosè cavendum, ne prædicta linteola nimis humida vulneribus supponantur, sed antea perquam bene expressa sint: Si vel una gutta sola super duas illas membranas caderet, jam de vulnerato actum esset, & insaniam incurreret.

11. Præterea omnes impressiones magicas, ab imaginatione, iaculatione, imprecationibus, & lamiarum præstigiis inflictas, stupendo planè modo irritas facit, & persanat, tam introsumptum, quam exterius illitum, applicatumve.

12. Quòd si alicui cultri, ligna, vitra, seta, panni lacerati, fila, acus, crines, testa & quacunque alia intra corpus & stomachum, vel etià gulam, unde suffocationis periculum incurret, per incantamenta & præstigiis impacta fuerint, si que nullis aliis medicamentis cedere velint: Hoc oleo inungantur, ac ipsis quoque ad bibendum exhibeatur, quantitate trium cochlearium. Admirabilem vim experieris: Vel enim prædicta omnia, per aliquod magnum ulcus excitatum tanquam aliquod emunctorium protrudet, vel per vomitum rejiciet, aut tandem per inferiora coget, ac tandem ager penitus incolumis citra omnem perditionem evadet. Balsamum hunc necum communicavit Clariss. Dn. D. Ioh. Christophorus Eisenmenger, Physicus Imperialis Reip. Heilbronensis, Amicus ac Frater meus honoratissimus.



3. *Oleum Hyperici compositum D. Erhardi Ellenbergij.*

℞. Fol. Hyperic. recent. M. iij.  
Contunde modicè, deinde superfunde,

Ol. de scorpion. simp. ℞. iij.  
Ponantur in ☉. per ☞ 4. Postea in ℞ per horas 24. coque & fortiter exprime. Cola oleum per Colatorium vino albo lotum. Deinde Adde,

Flor. Hyperic. recent. contus. M. iij.

Relinquito denuò ad Solem hotis ☞ 4. & mox coquito in ℞ cola ut antè. Idem repetendum cum floribus semper recent. bis terve, donec oleum sanguineum acquisiverit colorem. Hinc

℞. Cymar. semin. Hyperic. immaturatum, modico vino albo generoso madefactatum ℞. iij.

Coque in ℞ per ☞ 3. postea exprime ut antè, & hoc reiterandum quater semper cum cymis recentibus. Post hæc.

℞. Card. sancti, (benedict.)

Meliss.

Verben.

Scabios.

Betonic.

Chamad. an. M℞.

Contunde modicè, & coq. in ℞ per triduum: deinde cola. Colaturæ injiciantur

Sum. Galeg.

Scord. rec. an. M. i.

Centaur. min.

Diptamn. Cret.

Rorismarin. an. M℞.

Coq. in oleo, prius herbis contusis per ☞ 3. in ℞. F. colatura. Deinde. ℞. Rad. Zedoar.

Diptamn. alb.

Angelic. gummos.

Aristoloch. utriusque

Carlin.

Valerian.

Gentian.

Tormentill.

Vincetoxic.

Corr. Citr. ana ziss.

Contusa infundantur, & coq. per ☞ 4. in ℞. & exprim. fortiter, ac interim injiciantur:

Caryophyllor.

Macis,

Scheenanth. an. ziss.

Santal. rubr. ℞.

Bacc. iunip.

Laur. an. ℞ij.

Cinam. ac. ℞j.

Benzoin.

Storac. cal. an. ℞vj.

Contusa & hæc ponantur in ℞ per ☞ 3. dein colentur. Postea ℞. Bufon. No. ij.

Natricem No. i. { Serpentem nobis *Vnck* dictam seu Boam.

Aranear. viv. No. CC.

Injiciantur in oleum prædictum, & coque per ☞ 2. Postea abjiciantur, & imponantur

Rha-



Rhabarb. el.  
Myrrh. fin.  
Aloës Epat. an. ʒiij.  
Croco. ʒj.  
Spic. nard. ʒiʒ.  
Theriac. Andr.  
Mithridat. ana ʒvj.

Coq. in diplomate per ʒ 4. nec  
amplius coletur, sed conseruetur pro  
usu.

Vsus. Valet præcipuè contra omnia  
Venena. Illinitur arteriis manuum, pe-  
dum, & cordi; repetitur illitio tribus al-

ternis horis. Pestem tam curat, quàm  
preservat. Dolores colicos demulcet.  
Urinam provocat. Vermes per secessum  
expellit. (illius umbilico:) Valet ad  
vulnera venenata, quæ vel ab animali  
venenato, vel ferro infecto sunt infecta.  
In paronychia nihil præstantius, si statim  
ab initio antequam inflammatio veneno-  
sa supervenerit, facta fuerit inunctio.

Hoc oleo fruere ex communicatione  
Iacobi Holzapffel Pharmacopœi no-  
stratis diligentissimi, Affinis mihi dile-  
ctissimi.

C A P. LXXIII.

De Potionibus.

Potulentorum genera in Praxi usi-  
tiora diximus esse apozemata  
seu decocta, Aquas, Emulsiones,  
Infusiones, Potionesque alias. De  
prioribus aliàs dictum, de posteriori  
hic loci agendum.

Est Potio, de quâ hic agimus, li-  
quor, in quo alia Medicamenta cras-  
siora diluta sunt, & præcipuè pur-  
gantia: Quin & solæ infusiones non-  
nunquam sufficiunt.

Modus ergò parandi sola ferè mix-  
tio est, quam, si res diluenda seu dis-  
solvenda, viscosa & tenax fuerit, in  
mortario absolvere convenit.

Liquor adhiberi potest varius, usita-  
tius tamè recipiuntur decoctiones, in-  
fusiones, & maximè aquæ destillatæ.

Res dissolvendæ sunt Syrupi, Ele-  
ctuarîa, Extracta, Manna, pulveres,  
& similia.

Exemplo sint.

1. Potio purgans.  
ʒ. Extr. Fol. sen. ʒʒ.  
Rhabarb. ʒʒ.  
Cnicopharm. ʒʒ.  
Syr. Dialer. ʒʒ.  
Rosat. solut. ʒv.  
Aq. Cichor. Betic. an. ʒiʒ.  
Cinam. ʒj. (ad saporem, &c.)  
Fl. Acac. ʒj.  
M. F. Potio pro unâ vice.  
Vires. Educt humores biliosos & pi-  
rituosos.  
2. Alia.  
ʒ. Fol. sen. ʒiʒ.  
Epithym. ʒij.  
Rhabarb. el. ʒiʒ.  
Spic. celt. ʒj.  
Infundantur in decoctione pe-  
torali, q. l. per noctem.  
In colatura dissolve.  
Syrup. rosat. sol. ʒiʒ.  
Confect. Hamech, ʒiʒ.



F. Potio.

*Purgat humorem melancholicum.*

3. Potio sudorifera.

℞. Diacord. Fracastor. ℥ijss.

Aqu. ☉ ☿ r. ℥ij.

Meil. Gran. Iuniper. ℥j.

Extr. card. benedict. ℥ss.

Aqu. card. bened. ℥ij.

M. F. Potus.

*Vires. Sudorem movet, virumque insignium est in febris malignis.*

4. Alia sudorifera.

℞. Liqueor. Lumbric. ℥iij.

Theriac. Andromach. ℥j.

Spir. ☿ i, ℥j.

Aq. cinam. ℥j.

Mixtur. simpl. ℥j.

Aq. Veronic. ℥ss. M.F.P.

*Vires. Admirandarum virium est in arthritide vagâ, si semel ac iterum repetatur.*

C A P. LXXIV.

De Pilulis.

**P**ilulæ fieri possunt 1. ex rebus quibuscunque succis, beneficio viscosi ac glutinosi alicujus liquoris (syrupi, mucilaginis, succi aliquantum inspissati, extracti, & simil.) incorporatis.

2. Ex solis succis extractisve inspissatis.

N. 1. Salia liquationi fermentationique apta sunt; idcirco si qua admiscenda, in minima dosi admisceri volunt.

N. 2. Extracta vel succi inspissati rediguntur commodius in pilulas, si addatur nonnihil pulveris appropriati, quam si solâ inspissatione incrassentur.

N. 3. Possunt & olei guttula una ac altera instillari.

*Modus fiendi.*

℞. Medicamenta convenientia (pulveres,) atque cum liquore viscoso conveniente, contunde quam optimè in mortario, ut exactè cuncta misceantur ac cohæreant.

N. Pilula, etsi ex omnis generis medicamentis parari possint, rariores tamen sunt alterantes, crebriores purgantes.

*Sunt*

*Pilula alterantes usitatiores.*

Pilulæ de Bdellio, August.

Bechicæ, Cord.

Pilulæ Bechicæ albæ } convenient  
nigræ } cum Tro-  
chiscis, à quibus solâ  
formâ differunt.

de Castoreo, A.

de Cynoglossa, A. C.

Kenod.

Febriles, vide infra. N. 1.

Narcoticæ Plateri, 2.

contra Tussim, 3.

*Pilula purgantes.*

Pilulæ de Agarico Mesuæ, A. C. R.

Aggregativæ majores Mesuæ,

l. Polychrestæ, A. C. R.

Aggregativæ minores Mesuæ,

A.

Ale.



Alephanginae, s. aromatica,  
Pilulae Solis Mef. A. C.  
R.

Alephanginae *Valerij Cordi*.  
de Aloë lota, A. & C.  
rosata, A.

& Mastiche, A. C.  
*2. Herbas aut flores recenter (tempore sicco) collectos, contunde, atque in vas terrenum vitreatum, vel dolium quernum (præstant enim ad fermentationem vasa lignea,) intermisto sale comprime, clausoque vase in cellam repone (per mensem vnum vel plures) donec fermentando acidiusculum ac vinosum acquirant odorem. Hinc destilla per vesicam, (aut  $\text{MB}$ ), vsque ad siccitatem, destillatum affunde, si libet, parti destillandæ residuæ, ac destilla denuo. Tandem rectifica.*

*Aliter.*

Exprime succum, eumque cum contulis herbis recentibus mixtum ad fermentandum colloca.

*N. 1. Si minus succulentæ res fuerint, aquâ fervente irrorari ac perfundi volunt.*

*2. Fer-*



2. Fermentatio promovetur adiectâ aliquâ portione  $\ominus$  (qua & putrefactio nem præcavet)  $\text{¶}$  i, secum cerevisia, vini, fermenti dissoluti (in  $\nabla$ ) vel sacchari.

3. Poterit & ex fermentatis succus exprimi, atque cum novis herbis denuò fermentari; sic copiosior extillat spiritus.

II. Ex fructibus & baccis succulentis.

Re. Succum expressum, eumque clauso vase debite defervere sine, ac destilla: sic fiunt spiritus pomorum, pyrorum, mespilorum, citoniorum, &c.

III. Ex fructibus & baccis minus succulentis.

Re. Fructus vel baccas, conquassa ac affunde  $\nabla$  m fermentem, vel ebullire parum permittit, hinc colloca, vase clauso in fermentationem, addendo si placet nonnihil secum vini vel cerevisiæ, & simil. sic fiunt spiritus baccar. iuniperi.

IV. Ex fructibus carnosiss, (i. e. qui pulpam exprimendo præbent.)

Re. Expressam carnosam substantiam, v. gr. cerasorum nigrorum, (exemptis nucleis,) roponit  $\text{♂}$  (14) ad fermentandum cum  $\ominus$ . &c. destilla, sic fiunt spiritus, seu quintæ Essentiæ, baccarum sambuci, fragorum.

N. Licet initio, si ita visum fuerit, aliquid  $\nabla$  a fermentis addere.

V. E seminibus calidioribus  $\nabla$  cum oleo ascendit, quæ rectificando ex-

hibet spiritum, præcipue si fermentatio fuerit præmissa, vide supra de Oleis.

N. 1. Spiritus hi aquarum nomine ut plurimum veniunt.

N. 2. Si loco  $\nabla$  a vinum in maceratione adhibueris, spiritum itidem nancisceris sed compositum ex  $\text{¶}$  i seminisque dati spiritu; præstat itaque hunc ad differentiam spiritus simplicis sc. cum  $\nabla$  a destillati, appellare spiritum compositum, seu  $\text{¶}$  i, cum adiectione dati seminis (e. gr. anisatum, vel  $\nabla$  m vite anisatum; vide supra.

VI. E frumentis parati possunt Quintæ Essentiæ, si in Cerevisiam reducta ea fuerint; quâ ratione magnam spirituum copiam exhibent.

VII. Ex aromatibus spiritus quomodo eliciantur, vide cap. 38.

VIII. E lignis prodit vnâ cum oleo per destillationem liquor acidulus, vide supra c. 70.) qui rectificatus, spiritum refert.

N. Rectificatio fieri potest super colchotare aut sale marino, vel cineribus propriis; sic exit primò phlegma insipidum; hinc spiritus acidus sorsim colligendus.

Ex ANIMALIVM familiâ exhibent spiritus; cornua, ossa, sanguis, urina.

Cornua, ossa, vngula, fundant spiritum acidulum mediante destillatione, (vide de oleis) hunc rectificata in  $\text{MB}$ .

Sanguinis itidem spiritus beneficio destillationis elicitur, (vide in oleis



& Vis, ) estque liquor ab oleo separatus, & denuò rectificatus.

N. Coronidis loco addo : si oleum aliquod stillatitium cum Vi rectificatissimo digeratur, oleum illud à spiritu absorberi, ut sub forma spiritus deliceat.

*Spiritus minerales uscitiores.*

Spiritus Aluminis.

Coralliorum.

Mercurij.

Salis ammoniaci.

— communis.

— gemmæ.

— nitri.

Saturni.

Succini.

Sulphuris.

Tartari.

Vitrioli.

Huc  $\nabla$ z spirituosæ compositæ :

**V. R. ①** rea. Vid l. 3.

*Spiritus vegetabiles.*

Spiritus Absynthij.

Aceti vini.

Angelicæ.

Anisi, id est,  $\nabla$  cum vino destillati.

Spiritus Cardui benedicti.

Centaurij minoris.

Ceraforum nigrorum.

Cochleariæ.

Cydoniorum.

Ebuli ex granis.

Feniculi.

Fragorum.

Guaiaci.

Iuniperi.

Liliorum convallium.

Melissæ.

Rosifinarini.

Rosarum.

Salvia.

Sambuci.

Thymi.

Tiliæ flor.

Veronica.

Vini.

N. Compositi spiritus ferme sub titulo aquarum recensentur, ut spiritus theriacalis, id est,  $\nabla$  theriacali, &c.

N. 2. Spiritus oleaceos quære sub Oleis, ut spiritum Terebinthina, & similia.

## C A P. LXXXII.

### De Succis.

Succis ex vegetabilibus potissimum depromuntur, raro ex animalibus. E vegetabilibus, putà non omnibus.

Inidonea enim sunt, 1. nuclei, semina, & reliqua oleosa, qualia sunt amygdalæ, pistacia, semina lini, ( de quibus egimus in oleis expressis.)

2. Minus apta sunt atidiora, ut fruges; nisi decocta harum, succos appellare libuerit.

*Modus ferendi.*

3. Vegetabilia succulenta, ( minus succulenta, macerati, insolari, elixative antea volunt  $\nabla$ ) conquassata &



sa & exprime, hinc clarifica, (cum albumine ovi, filtrationeque, vel digestionem quod melius,) si opus est Δ l. inspissa, atque ne empyreuma contrahat, continuò agita; sic fiunt succi.

I. Ex floribus. *℞.* Flores virides, imple XX, premendo, collocenturque ad digerendum, s. putrescendum in MB satis profundè, donec in mucilaginem abiisse videantur: Hinc exprime succum, clarifica c. alb. ovi, & inspissa lentè ad consistentiam mellis; si fiunt succi, (Essentia dicta,) borag. buglofs. pœon. verbasc. violar. & simil.

N. 1. Si flores minus succulenti fuerint, affundatur parum *∇ a*: sic fit extractum, s. succus inspissat. flor. tunica, calendula, Keyri, Cyani, rorisinar. rboad. salv. & simil.

N. 2. Præstant flores primùm erumpentes.

N. 3. Expressum succum si recentibus floribus affuderis, majorem succi copiam colliges.

II. Ex fructibus. *℞.* Succulentos exprime, vel coque antea; hinc exprime trajicèque per setaceum, liquidioresque ad mellis consistentiam inspissa.

N. Succi è fructibus alio ferè nomine gaudent, mellis scil. si dulce sapiant, ut mel iuniperinum, passulatum, & simil. aliàs Roob, Sapa; ut rob de berberis, deribib.

III. Ex radicibus & lignis, interveniente coctione, (in *∇,*) & expressione succi eliciuntur, adsciscunt-

que nomen Extractorum, vide supra c. 57.

Succi officinales, tum liquidi prostant, tum inspissati.

Liquidi qui per se conserventur pauci sunt, quippe præter succos acidulos & fermentatos illos potulentos, (qualis vinum, vinum pomorum, pyrorum, & simil.) nulli ad tempus durabiles sunt: hinc fit vt addito saccharo, mellève, in syrupum coquantur, vide de Syrupis, c. 84.

Quinimò vel ipsis succis acidulis nonnihil sacchari ferè additur, cuius vi tum parum fermentantur, tum ab injurià corruptionis conservantur.

N. Dantur & succi è vegetabilibus, tum per se ruptis, tum incisis sponte stillantes, (lacrymas vocare expedit.) Verùm hi partim naturis accensentur, partim non-usuales sunt.

Talis est succus betulae, qui in Suecia & Finlandia, mensibus Martio & Aprilè collectus & fermentatus, mulierculis nobilibus potui suppetit; succus inglandis arboris, liquor scil. qui in quercuum stipitibus coacervatur; lacryma vitis amputata. Huc opium & simil.

Succi Officinales Liquidi, qui & Vina dicuntur, sunt

Succus Berberum.

Citri.

Cytoniorum.

Granatorum acidorum.



Limonum.

N. Succi recentes tot ex tempore parari queunt, quot vegetabilia viridia succulenta exhibentur, verum quia gramineum sapiunt saporem, minus in usum veniunt, licet sapor ille saccharo corrigi queat.

Succi inspissati.

Succus Absynthij communis.

Acaciae nostratis.

N. Vera Officinis habetur inter nativa.

Agrimoniz.

Aloës.

Cardui benedicti.

Chermes granorum.

Centaurij minoris.

Cydoniorum.

Enulz.

Fumariz.

Glycyrrhizæ.

Gratiolæ.

Hyperici.

Hyoscyami.

Ireos nostratis cæruleæ.

Liquiritizæ.

Mercurialis.

Myrtillorum Germanicorum. Heidelbergassæ.

Nicotianæ.

Papaveris domestici.

erratici.

Plantaginis.

Rosarum incarnatarum.

rubrarum.

Scrophularizæ.

Solatri.

Huc pertinent

Rob de Berberis simplex.

de Ribib.

Mel Ebulinum

Sambucinum

Juniperinum

Passulatum.

} consistentiam  
} Electuarij ferè  
} obtinent.

## C A P. LXXXIII.

## De Suppositoriis &amp; Pessis.

Suppositoriorum formandorum ratio in hoc sita est, ut fiant ex materia duriusculâ, glabrâ, adeoque in anum intrudi aptâ, sive illa aptitudo per se rebus insit, sive mixtione, coctioneve concilietur.

Proût igitur indicatio fuerit, ita suppositoriis materia eligenda, anodyna scil. detergens, consolidans, exiccans, alvum irritans, &c.

Vsitatissima tamen sunt suppo-

sitoria deiectoria, eaque pro ratione operationis triplicia.

1. Lenia, quæ solo ferè tactu materiali movent. Talia fiunt ex lardo, sicu inversâ, sevo hircino, bubulo, (candelâ sevinâ,) cerâ, farinâ aquæ incoctâ, (ex qua fiunt suppositoria in sole exiccanda,) caulibus, & radicibus, v. gr. betæ, brassicæ, bliti mercurialis, petroselini, & simil.

2. Mediocria, quæ aliquali acrimoniâ



moniâ stimulant. Talia parantur ex melle ad crassitiem cocto, saponè, terebinthinâ coctâ. Quibus adduntur interdum & alia, v. gr. muscerda, sal, saccharum.

3. Fortiora, quæ vi purgante la- cessunt. Talia fiunt ex purgantibus, lenioribus, ac fortioribus, agarico, aloë, hierâ picrâ, pulvere ad suppositoria, elleboro, scammonio, & similibus.

*Modus parandi.*

Mel coquitur lentè ad spissitudinem, ut digitis tractari possit, sine iniquatione, (experiri id licet guttulâ in laminam frigidam, vel stanneam effusâ,) hinc effunditur in dictam laminam, oleo illitam, dumque frigescit, formantur suppositoria, oleoque illinuntur.

Siqua addenda fuerint, ante effusionem ea pulverisata admiscere oportet, vel etiam formatos cylindros iidem involvere, ut obducantur.

Proportio mellis ʒi. Pulver. ad purgantia mitiora est ʒi. præter propter, ad fortiora ʒb. ad ʒb. vel ʒi.

Ut ʒ. Mellis, q. s. (ʒi) salis gemm. ʒb. aut ʒj. muscerd. ʒb. F. suppositorium.

ʒ. Agaric. ʒj. sal gemm. ʒb. mellis, q. s. F. suppositorium.

ʒ. Pulv. ad suppositor. commun. ʒi. mellis, q. s. F. suppositorium.

*De Pessariis.*

Pessaria, pelli, nascalia, ad digiti formam ferè formari consueverunt, fiuntque ex rebus medicamentali- bus uterinis, quæ vel suscipiuntur, sacculo lineo oblongo, lanâ concerptâ, gossypiove, vel incorporantur cum melle, ladano, galbano, cerâ, succo, similive re, formanturque ad dictam formam digiti.

N. *Figurâ suppositoriis similia sunt, nisi quod longiora & crassiora.*

*Exemplo sint.*

ʒ. Myrrhæ ʒib.

Spec. hier. pic. compol.

benedict. laxat. ana ʒi.

Cum melle cocto F. pessarium, quod panno raro obductum, immit- tatur utero ad menses ciendos.

*Veickhard.*

ʒ. Stercoris asini, q. s. desicca & pulverisata, involvaturque pulvis pan- no de serico, pro pessario hæmor- rhagiam uteri sistente.

ʒ. Burf. pastor. M. B. contunde & inde panno pro supposito- rio menses sistente, &c.

N. *Possunt itidem radices certe, v. gr. rubia tinctorum, cyperi, Iridis, & simil. loco pessarij adhiberi.*

## CAP. LXXXIV.

*De Syrupis, Mellibus & Robis Syrupisatis.*

Syruporum materia principalis est decoctum, infusum, succus, aqua Sliquor quidam medicamentosus; stillatitia, acetumve. Servilis, est



faccharum clarificatum, mēlve depuratum, cum quibus liquor ad consistentiam mellis coquitur.

N. Saccharum & mel adduntur præcipue, ut liquorum corruptibilitatem arceant, tum quoque ut qualitatem ingratiā mitigent, saporēque medicamento gratiorem concilient. Hinc non abs re foret, loco sacchari aut mellis aliquando gratiores alias adhibere melligenes, cum liquore syrupifando tamen qualitatibus conspirantes; quales sunt, verbi gratiā, mel passulatum, rob pomorum redoletium, succus glycyrrhizæ depuratus, &c.

Syrupi sunt simplices, vel compositi.

Simplices, qui ex simplici vnāque re, medicinali cum saccharo aut melle parantur.

Compositi, qui ex pluribus.

*Modus fiendi.*

℞. Liquorem clarificatum, (decoctum, infusum, succum expressum, acetum,) adde saccharum, vel mel, & simil. coque, clarifica, (si opus,) inspissa, ad mellis consistentiam, ac reponi pro usu.

N. Gutturā in tabulam frigidam effusa consistentiam experiri licet.

Proportio liquoris ad saccharum aut mel, est ferè dupla vel tripla.

*Verbi gratiā.*

℞. Decocti, ℞. iij. sacchari, ℞. iij. vel 1. prout crassior, vel dilutior syrupus expetitur, vel prout durationi longiori, breviorive destinatur.

*Virium ratione sunt syrapi alterantes & purgantes.*

*Syrapi alterantes vsitatores,*

Syrup⁹ de absinthio maior, A. C.  
 Acetositis citri, s. è succo citri, A. C.  
 de succo acetosæ.  
 acetofellæ.  
 Acetosus simplex, id est, ex  
 † & ∇. A.  
 Acetosus compositus, (è radicibus, † & ∇. A.)  
 Acetosus Diarrhodon, A.  
 Adiantinus Fernelij, A.  
 de Agresta, A. C.  
 de Althæa Fernelij, A.  
 Renod.  
 Anisi simplex Querc. *infr.* 3.  
 Antepilepticus Querc. 2.  
 Aquilegiæ flor.  
 Arantiorum è succo.  
 è corticibus.  
 è floribus.  
 de Artemisia Fernelij, comp. 3.  
 è succo Betonicæ.  
 de Betonica compositus.  
 de succ. Berberum.  
 Bizantinus simplex, s. Dynari, è succ. Endiv.  
 Ap. Lupul. Buglos.  
 Bizantinus composit⁹, A. C.  
 de Borragine, s. Infusionis.  
 de Buglossa, è floribus.  
 de Calamentha Mefuæ, A. C.  
 Calendulæ Quercetani, fit è succ. vel infus. flor.  
 è succ. Chamæmeli.

Capit



Syrup9 Capillorum Veneris simplex, ex decoctione.

Capillorum Veneris comp.

Cardiacus, 4.

de succo Cardui benedicti.

Ceraforum acidorum, è succo.

Cichorij simplex, è succo.

de Cinamomo, A.

N. *Quercetanus parat cum Vino malvatico. Augustani cum V cinamomi. de Cortice citri.*

N. è succo citri dicitur syrupus acetosicatis citri.

Coralliorum, v. l. 3. c. 6.

Cytoniorum è succo.

Cytoniorum Vinosus simplex, s. Miva cytoniorum, quæ simplex & a-

romaticæ.

de Endivia simplex.

compositus.

de Erysimo Lobelij, 5.

de Eupatorio Mesuæ, A. C.

de Farfara, è succo.

N. *Renodus compositum exhibet.*

de fragis è succo.

de Fumatia simplex, è succo.

de Glycyrrhiza Mesuæ, A. C.

Granatorum dulcium, è succo.

Granat. acidorum, è succo. cum aceto.

Oxyfacherum composit.

de succo Hederae terrestris.

de succo Hyperici.

de Hyssopo Mesuæ, A. C.

de Iuiubis Mesuæ, A. C.

Syrup9 de Limonibus, è succo.

de Lupulo, è succo.

de succ. Melissophyll.

de Mentha minor, è succo.

Menth. granat. dulc. vel acid.

de Mentha maior, Mesuæ, A. C.

de succ. Mercurialis.

Myrtinus compositus Mesuæ.

Nephrocatharticus Iouberti, A.

Nicotianæ, seu de Peto simplex, Quercet. 6.

Nicot. compositus. 7.

de Nymphæa, è florum infusione, A.

de Nymphæa compositus.

Pédemontani, A.

de Papavere albo simplex, A.

de Papav. alb. compositus, A.

de Papav. erratico, è florum infus. A.

de Floribus Paralysis.

de Pede cari, s. Hispidula: sive de Æluropa simplex: fit ex infusione summitatum.

de Æluropa compositus, 8.

Flor. Pœoniae.

de Pilosella: ex infusione summitatum florida-

rum.

de succo Plantaginis.

de Pomis: è succo.

de Portulaca Mesuæ.

de Prassio Mesuæ.

de dus



Syrupus de duabus radicibus.	inspissatum.
de quinque rad.	Mel Menthae, è succo & mell.
Refectivus Cord.	ana.
Ribium è succo.	Mercuriale è succo & mell. $\frac{1}{2}$ .
Rofatus regius, seu Iulepus rofatus.	Rofatum simplex, ex infusione triplici & mell. $\frac{1}{2}$ .
de Rosis ficcis.	Rofatum citratum.
de Rubo Idæo.	Mefua, è gemmis & mell.
de Scabiosa.	Violatum simplex ex infusione triplici & mell. $\frac{1}{2}$ .
de Scordio, è succo.	Sic Oxymel simplex.
compositus.	compositum.
Mercurialis, A.	diureticum.
de Scolopendrio Fernelij, A. C.	scylliticū simpl. compof.
de Sempervivo, è succo.	<i>Huc pertinent &amp; Rob. compofita.</i>
compositus.	Rob de Agresta
Siliquarum.	de Berberis } ex succ. & fac-
de Stœchade simplex, A.	de Cornis } char. $\frac{1}{2}$ .
compositus.	de Ribib. }
A.	Diamoron simplex, ex succ. $\frac{1}{2}$
Fernelij, A.	& mell.
de Symphyto, Fernelij, A.	compositum.
de Testudinibus, 9.	ufitatum Gal.
Flor. Tunicae.	Nucum ex succo cort. virid.
de succo veronicæ.	iugl. & mell. $\frac{1}{2}$
Violatus simplex.	<i>Syrupi purgantes vſuatioreſ.</i>
compositus Meſue.	Syrupus Flor. Acaciae Aug.
regius, ſ. Iulepus violatus.	de Carthamo, A.
ex ſucco.	de Cichoreo cum Rhabar-
Huius loci ſunt & Syrupi melliti,	baro, A. C.
mella vulgò dicti.	Diaſereos, Andern. A.
Vt.	de Epi-
Mel Anthoſatum	
Emblicorum, id eſt, mel-	
in quo Emblici my-	
rob. conditi, vel de-	
coctum Emblicorum.	

Vide  
Diſp.



Syrup⁹ de Epithymo.  
 de Fumaria compositus, f. major.  
 Helleborat. minor Querc. 1.  
 Helleborat. major.  
 Holagogus 2.  
 Flor. persicorum.  
 de polypodio, A. C.  
 de pomis regis Sabor, A.  
 cum sena Querc.  
 de Rhabarbaro solutivus, *August.*  
 Rosatus solutivus simplex, f. Mucharum, è Damascenarum 3. infus.  
 Rosatus laxativus compositus, f. Helleboratus.  
 Rosatus compositus, sine Helleboro.  
 de Senna.  
 Violatus solutivus, f. infusio- nis.  
 Vomitivus, 3.  
 Mel Rosatum laxativum, } ex infus.  
 Violatum laxati- } & mell.  
 vum, } 2.  
 Oxymel Helleboratum Gesner. A.C.  
 Oxyfaccharum vomitivum, 4.

1. Syrupus Anisi, cum Vino: Quercetani.

℞. Anisi conquassati, ℥iv. maccetur in vini generosi, lb. ij. per tres dies, coletur: Colaturæ adde Sacchari, lb. ij. & coque in syrupum.  
 N. Eodem modo concimari possunt Syrupi, & ex aliis seminibus, veluti ex semin. fœniculi, pœonia, ex baccis lauri, iuniperi, & simil.

2. Syrupus antepilepticus, Quercet.  
 ℞. Rad. pœoniæ,  
 Visci querni, ana ℥b.  
 Cinamomi opt. ℥ij.  
 Flor. calendulæ,  
 Liliij convall.  
 Tiliæ,  
 Lavendul. an. p. 1.  
 Rosar. rubr. p. ij.  
 F. Extractio cum spiritu Iuniperi, vel Vi, ad eminentiam digit. 4.  
 Decanetur.  
 ℞. Tincturæ ℥x.  
 Sacchari candi pulverifat. ℥ij.  
 aut iv.  
 M. & accendantur, flagrētque continuò agitando, donec syrupus satis coctus, aut plus minusve fortis videatur. Tum enim extinguendum erit incendium.  
 Vires. Præstantissimus est Syrupus, tam præcautionis, quàm curationis indicationi satisfaciens.  
 Dosis cochlear f.

3. Syrupus de Artemisia Fernelij.

℞. Summit. Artemis. M. ij.  
 Rad. Iridis,  
 Helenij,  
 Rubiæ,  
 Pœoniæ,  
 Levistici.  
 Fœniculi, an. ℥b.  
 Herb. Pulegij,  
 Origani,  
 Calaminth.  
 Nepet.  
 Melissophylli,



Herb. Sabinae,  
Sampſuchi,  
Hyſſopi,  
Præſii,  
Chamaedryos,  
Chamaepityos,  
Parthenij,  
Betonice, an. M. j.

Sem. Anif.  
Petrofel.  
Fœnicul.  
Ocymi,  
Dauci,  
Rutæ.

Nigellæ, ana ꝑij.

Contuſa macerentur horis 24. in hydromelit. lb. viij. Coquantur ad lb. v. & cum ſacchari lb. v. F. Syrup. qui condiatur Cinam. ꝑi. Spic. ꝑij.

Vires. *Inſignium eſt virium in uteri affectibus, à viſcida mucilagine ſubortis, promovet menſtrua, uterūque repurgat.*

4. Syrupus Cardiacus, F. F.

℞. Vini albi generoſi lb. ij.  
Aqu. Roſar. ꝑiij.  
Cinamom. ꝑb.  
Zingiber.

Caryophyll. ana ꝑij.

Ligentur omnia in petia, ad-  
danturque Sacchar. ꝑiij.

Coque ad conſiſtentiam ſyrupi:  
poſteà adde,

Ambr. gryl. gran. iij.

Moſch. g. i. in ſyndone.

Vires. *Convenit in lipothymia, aliis-  
que cordis affectibus.*

N. *Præſtat ſolâ infuſione, vel in MB.  
parari.*

5. Syrupus de Eryſimo Lobelij.

℞. Eryſim. totius recent. M. vi.

Rad. Enul.

Tuffilag. ſucco adhuc præ-  
gnantium.

Glycyrrhiz. ana ꝑij.

Herb. Borrag.

Cichor.

Capill. ♀, ana Miß.

Flor. Cordial.

Anthos,

Stæchad. vel Betonic. ana  
M. b.

Sem. Anif. ꝑvi.

Paſſular. mundatar. ꝑij.

Incis & contuſis, f. omnium  
decoctio ſ. a. in ſ. q. aquæ hordei,  
hydromelitis & ꝑvi. ſucci Eryſimi,  
ad lb. ij. vel iij. exprime, inque Cola-  
tura diſſolve ſacchar. q. ſ. ſ. ſyrupus.

Vires. *Efficaciſſimus eſt ad mucilagi-  
nem pulmonum incidendam, & edu-  
cendam, adeò ut beneficio ejus juvenulas de-  
cennio raucedine laborantes, ſe percura-  
viſſe, teſtetur Author lib. obſervat.*

6. Syrupus Nicotiana, ſ. de Peto  
ſimplex Quercet.

℞. Succ. Peti, lb. iv.

Hydromelit. ſimpl. lb. i.

Oxymelit. ſimpl. ꝑiv.

Omnibus ſimul mixtis, fiat di-  
geſtio in MB. ♂ 2. vel 3. vt defece-  
tur; hinc decanta, ac digere iterum  
ut ſuprà, donec materia ab omni  
fœculentiâ depurata fuerit: adde  
poſteà ſacchari lb. ij. & coque in ſy-  
rupum.

N. Sac



N. Succus Peti opus habet perexquisitâ & ingeniosâ digestionem, quâ vis vomitivâ, ac dejectivâ corrigitur, atque in syrupum abit præstantissimum, adversus omnes affectus asthmaticos, in quibus pulmonum bronchia pituitâ crassâ ac viscosa adedò infarciuntur, ut interceptâ respiratione suffocationis periculum immineat; in quo casu syrupus hic ritè præparatus & administratus mira præstat. Cerebrum insuper catarrhis, sive fluxionibus serosis & frigidis liberat, simulque per inferiora educit.

Dosis cochlear. s. vbi tamen à principio summâ opus est circumspeditione, postea verò dosis augenda erit.

7. Syrupus de Nicotiana compositus Quercetani.

℞. Succus Peti (Nicotianæ) depurati, (ut suprâ) ℞iiss.

Hydromelitis simpl. ℞. i.

In quibus macera per ☉ 2. vel 3. NE.

Fol. Hyslop.

Polytrich.

Adiant.

Flor. Tussilag. in.

Steechad.

Violar.

Buglofs. ana p. ij.

Sem. Bombac.

Vrtic.

Card. bened. an. ℞i.

Follicul. senæ ℞iij.

Agaric. rec. trochisc. ℞i.

Cinamom.

Macis,

Caryophyllor. an. ℞i.

Dein fortiter exprimantur, digerantur denudò ad perfectam fecum depurationem. Colaturæ ℞iiss. adde tantundem sacchari, coquantur in syrupum.

Vires. Ad arthrosos & asthmaticos aliòsque affectus omnes pulmonum à frigidis & crassis humoribus subortos, qui pulmonum bronchiis inhaerentes, vel tussim antiquam, vel ipsam dyspnoeam pariunt, excellentissimum est remedium.

Dosis ℞i. s. vel ℞ij. ad summum.

8. Syrupus de pede cati compositus.

℞. Dactylor. mundat.

Iujubar.

Sebesten.

Ficum recent.

Passul. maior. enucl. an. ℞iv.

Vngul. caballin. c. toto.

Pulmonar. maculos. c. flor. an. Mij.

Pedis cati,

Ceterach, ana M. i.

Glycyrrhiz. raf. ℞i.

F. Decoctio, & exinde cum sacchari ℞. ij. syrupus perfectè coctus.

Vires. Pectoralis est ac reunitivus, unde his qui phthisi laborant, solamini magno esse poterit.

9. Syrupus de Testudinibus, διαχρονῶν, Resumptivus Renodai.

℞. Carnis testudinum, ℞iv. (abiectis caudâ, collo & pedibus.)

Hordei mundat. ℞ij.

Carnis dactylorum, ℞i.

Passularum damascenarum,

Glycyrrhiz. rafæ, ℞vj.

Sebesten,



Iuub. ana num. xii.

Sem. Bombac.

Melonum,

Cucum.

Citrull. ana ꝑb.

Sem. Lactuc.

Papav. alb. ana ꝑij.

Herb. Vngul. caballin.

Pulmonariæ, ana M. i.

Flor. Violar.

Nenuphar. an. ꝑb.

F. Decoctio. In colatura clarific. ad lb. iv. adde Sacchar. alb. lb. ij. sacchar. rosati, & diatragacanth. frig. ana ꝑv. F. Syrupus.

Vires. Confert his qui à morbo chronico resurgunt, macie confectis, tabidis, phthisicis, & simil.

Syrupi purgantes.

1. Syrupus Helleboratus minor Quercetani.

℞. Fibratum hellebori nigri, ꝑij.

Agaric. rec. trochisc. ꝑij.

Fol. sen. mundat. ꝑiij.

Turbith,

Hermodactylor. ana ꝑi.

Sem. Anisi,

Fœnicul.

Cort. Citri, an. ꝑb.

Caryophyll.

Macis.

Cinamom. an. ꝑij.

Macerentur in Oxymelitis simplicis, Vini malvatici, & aquatum Melissæ ac Fumariæ, ana q. s. vase vitreo clauso, hinc leviter bulliant ac exprimantur. Depuratæ per digestionem colaturæ addantur:

Syrupi de pomis redolentibus solutivi,

de succis rosatum pallidatum,

Sacchari rosati, & violati, ana ꝑiv. F. Syrupus.

Vires. Omnibus morbis à materiâ tartaræ, crassa ac tenace, à phlegmate adusto, bile aut melancholia dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, utero, ipsisque articulis mirum in modum confert.

N. Habet & idem Quercetanus Syrupum helleboratum maiorem, sed sufficit hunc in Officinis paratum asservare.

2. Syrupus Hologogus, F. F.

℞. Rad. Polypod. querc. rec.

Cappar. ana ꝑi.

Fol. Scolopendr.

Ceterach,

Meliss.

Betonic.

Rutæ murar. an. M. i.

Flor. Trium cordial.

Cuscut. ana M. s.

Sem. Limon.

Fœnic.

Anis. an. ꝑij.

Carthami contus. ꝑi.

F. Decoctio in s. q. aquæ, ad remanentiam quantitatis, cui species infra scriptæ infundi queant. Decoctio hæc ita stet horis 24. tum fiat colatura, & in hac infundantur:

Fol. Senn. mundat. ꝑiv.

Agaric. albif. ꝑij.

Hermodactyl. alb. ꝑvi.

Rad.



Rad. Hellebor. nigr. in aceto preparat. ℥i.  
 Epithymi,  
 Zingib. alb. ana ℥ij.  
 Caryophyllor. ℥ij.  
 Macis ℥j.  
 Bulliant parum, & stent in infusione horis 24. hinc exprimantur.  
 ꝛ. Expressionem integram (ad lb. ij. & ℥iij.)  
 Succu rosar. incarnatar. ℥ix.  
 Sacchari albifs. lb. iij.  
 Coque ad lb. iv. circiter.  
 Vires. *Conuenit omnibus humoribus expurgandis, præcipuè atra bili, ac exinde morbis oriundis.*  
 3. *Syrupus Vomitorium.*  
 ꝛ. Aqu. Vomitoria s. benedictæ, (sive illa ex croco sit, sive ex vitro ℥ij.) ℥vi.  
 Aqu. Rosar. fragrant. ℥iβ.  
 Pulv. cinamom. ℥ij.

Digerantur vase clauso horis 24. postea cola: In colatora dissolve Sacchari ℥viiij. coque ad consistentiam syrupi.

*Dosis a ℥j. ad ℥ij.*

4. *Oxyaccharum vomitorium.*

ꝛ. Vitri. ℥ij. pulver. ℥β.

Acet. vini albifs. ℥viiij.

Infundantur in ℞. I. Δ. per horas xv. cola: utæ adde sacchari albifs. ℥iv. reduc in patina vitrea ad consistentiam.

*Vires. Vti eo possumus pro vomitorio aduersus febres continuas, pestilentes & intermittentes, paulo ante paroxysmum. Item, contra venena, Exanthemata, antequam scil. prodierint.*

*Dosis a ℥ij. ad vi. Sala.*

N. *Loco Vitri ℥ in his compositionibus sumere quoque licet crocum metallorum, vel etiam flores ℥ij.*

## CAP. LXXXV.

## De Tincturis.

**T**incturæ, tum liquidioris, tum solidioris consistentiæ in usu sunt.

Liquidioris consistentiæ Tincturæ nihil aliud sunt, quam extractiones sine abstracto menstruo.

Solidioris consistentiæ Tincturæ sunt, pulveres sine combustione, ex liquidioribus tincturis abstracto menstruo residui. Et hoc juris sola mineralia sibi vendicare videntur.

Modus fiendi fit ad modum, quem de Extractis dedimus. Conuenient ni-

mirum Tincturæ cum Extractis in plurimis, adeoque non raro confunduntur; quam confusionem vti in aliis, ita & hocce in loco remove, non absque commodo foret. Hinc fiunt Tincturæ,

1. *Ex fructibus.*

ꝛ. Rob. affunde ℞. ac extrahe.

Vel ꝛ. Baccas seu fructus exiccatos, affunde ∇ convenientem stillatiam, ac extrahe, &c.

N. *Si Tinctura lente inspissetur, extractum dicitur Quercet. v. R. cap. 26.*



Sic fiunt Tinctura cerasorum, baccarum sambuci, ebuli, & simil.

II. Ex floribus.

℞. Flores siccos, infunde in ∇ appropriata, (propria,) vel fontana tepida, additis guttulis aliquot spirit. ☉i, vel ☿is.

Famosiores Tinctura sunt:

Ex Mineralibus,

Tinctura ☉

☾

♃

♄

♅

♆

☉i

☿is

vide libra  
tertio.

Smaragdi.

Ex vegetabilibus, & maxime ex floribus.

Tinctura Alkekengi è baccis.

Essentia croci, 4.

Cerasorum nigrorum.

Fragorum.

Hypericonis, vide c. 57.

Flor. Pœonia.

Rhœados.

Rosarum.

Violarum.

Granorum Sambuci.

Ebuli.

Ex animalibus.

Tinctura fellis tauri. vide lib. 5.

C A P. LXXXVI.

De Trochiscis.

**M**ateria Trochiscorū sunt omnis generis Medicamenta, quæ pulverisata, liquore conveniente, (viscoso,) suscipi, compilari ac impastari queunt.

Parantur autem in Officinis Trochisci, partim ut pulveres viscoso aliquo liquore compacti ab injuriâ acris eò melius asserventur, exigentēque necessitate denudò pulverisata in usum atcessantur, & aliorum Medicamentorum compositionem ingrediuntur; partim quoque, ut per se applicentur, e. gr. Trochisci bechici, sublinguales, prophylactici, trochisci pro fumo, & simil.

Modus sciendi.

℞. Medicamenta subtiliter pulverisata, redige in massam cum liquore conveniente mucilaginoso, e. g. cum mucilagine aliquâ (Tragac.) cum succo, syrupo, & simil.

Ex massa impastata formantur trochisci, seu parvi pastilli, (quibus character pro libitu imprimitur,) vel fiunt inde bacilli oblongi.

Trochisci usitatiores alterantes.

Trochisci.

de Absynthio Mesuæ, August.

de Agno casto Rhafis, Ang.

Alexiterij, s. contra pestem, 1.

Aliptæ moschatæ, cum ambra ac moscho, A.

Aliptæ



*Trochisci*

Aliptæ moschatæ, sine ambra & moscho.

de Alkekengi, cum opio, A. sine opio.

de Aniso Mesuæ, A.

Bechici albi, cum moscho, A. sine moscho.

nigri.

rubri, sive è bolo.

de Benzoin.

de Berberis.

de Camphora, Mesuæ.

N. *Renodans* alios è *Myrepsa* substituit.

de Capparibus, Mesuæ.

de Charabe, s. succino, Mesuæ.

de Corallio, Nicol.

Diacoralliu, Gal.

Cypheos Damocratis.

de Eupatorio, Mesuæ.

pro fumo vulgares, 2.

optimi, s. cum moscho, 3.

de Gallia moschata.

Gordonij.

Hedychroi.

de Violis Nicol.

de Lacca Mesuæ.

Moschardini, 4.

de Myrrha Rhas.

Pectorales. Baculi pectorales, 5.

Prophylactici cum mithridatio, 6.

Ramich Mesuæ.

Diarrhodon Nicol.

de Santalis Mesuæ.

Diaspermaton Gal.

de Spodio.

*Trochisci*

de Terra sigillata Mes.

de Vipera, Gal.

de Xyloaloe, Mesuæ.

Huc referendi sunt. 1. Trochisci ophthalmici, quibus imponitur nomen Sief. 2. Candela pro fumo. 3. Sapo odoratus, ac 4. Poma Ambrae, de quibus partim suis locis, partim hoc loco.

*Collyria sunt usitata,*

Sief album cum & sine Opio

album Galeni.

citrinum Mesuæ.

de plumbo Mesuæ.

de rosis siccis.

de thure Rhasis.

Vide

Di-

spen-

sator.

*Trochisci purgantes.*

Trochisci de Agarico, Mesuæ.

Agaricus Trochiscatus.

Alhandal, s. de Colocyathide.

de Rhabarbaro.

de Violis solutivi.

1. *Trochisci Alexitery, Renodei.*

2. Rad. Zedoariae,

Gentianæ,

Tormentillæ,

Rad. Ireos Fl. an. 3j.

Angelicæ 3. ij.

Cinnamomi,

Caryophyllor.

Macis, ana ʒʒ.

Zingiber. ʒi.

Coriandri præparat.

Rosar. ana ʒi.

Cort. citri sicc. ʒij.

F. Pul-



F. Pulvis subtilissimus, & cum succi Glycyrrhizæ ꝑvi. f. pasta mollis, de qua formentur trochisci, vel potiùs bacilli oblongi.

Vires, *Pecti præcavenda multum conferunt, si in ore detineantur, vel etiam in ventriculum demittantur.*

2. Trochisci pro fumo vulgares.  
F. F.

ꝑ. Santal. citrin.

Rosar. rubr.

Caryophyll.

Cinnamom. an. ꝑvi.

Benzoin. ꝑiβ.

Styrac. calamit. ꝑi.

Sacchar. pulv. ꝑxii.

Cum mucilagin. Tragac. in ▽ rosar. fact. f. trochisci.

3. Trochisci pro fumo cum moscho.  
F. F.

ꝑ. Benzoin. lb. i.

Styrac. calamit. ꝑvij.

Rosar. rubr. ꝑi.

Ligni aloës, ꝑβ.

Caryophyll.

Santal. citr. an. ꝑij.

Sacchar. alb. ꝑviij.

Mosch.

Zibett. ana ꝑβ.

M. & cum infusione tragacanth. in ▽ rosar. formentur trochisci.

4. Trochisci moschardini, aliàs confectio moschardina: corpus sine anima.

ꝑ. Moschi ex ▽ rosar. dissolut. ꝑj. Sacchari albif. ꝑvi.

Amyli ꝑv.

Atterantur pistillo, & cum mucilagine tragacanth. (ex ꝑi.) in ▽ rosar. facta, f. grana instar hordeaceorum, quæ exiccantur in umbra, pro usu.

N. Sum quisanguinis Draconis ꝑij addunt.

Vires, *Graveolemiã oris emendant, si pastillus unus ac alter in ore detineatur.*

5. Baculi pectorales, F. F.

ꝑ. Spec. Diatragac. frigid.

Diaireos simpl. ana ꝑi.

Rad. Liquirit. ꝑβ.

Sacchar. albif. ꝑvi.

Cum mucilagin. tragacanth.

F. Bacul.

Vires, *Tussim leniunt, asperitatem demulcent.*

6. Trochisci Prophylactici cum Mithridatio, F. F.

ꝑ. Boli armen. in succo citri infusi & exiccati, ꝑi.

Corall. rubr. præpar. ꝑij.

Rasur. C. C. ꝑi.

Succin. alb. ꝑij.

Rad. Tormentill.

Pimpinell.

Imperator.

Angelic.

Zedoar. an. ꝑij.

Cinnamom. ꝑij.

Croc. ꝑj.

F. Pulvis subtilissim9.

ꝑ. Huius pulveris ꝑij.

Mithridatij opt. ꝑi.



o Cinamom.  
 Angelic. ana gutt. i.  
 Sacchar. albif. ℥iij.  
 Cum infusione G. Tragac. in ▽  
 angelicæ factâ, F. Trochisci.  
 Vires. *Frequenti hinc in usu sunt ad  
 pestem præcavendam.*  
 Hujus quoque loci sunt, cande-  
 læ & baculi fumales, quæ fiunt ex  
 pulveribus odoriferis, impastatis  
 mucilagine Tragacanth. Styrac. &  
 simil. uti trochisci pro fumo, à quo  
 non differunt, quoad modum fiendi.  
*Sic sunt*  
 7. *Candela fumales, F. F.*  
 ℞. Benzoin. ℥xvi.  
 Lign. aloës,  
 Rhod.  
 Santal. citrin.  
 Ladan. ana ℥iv.

Oliban.  
 Mastich.  
 Garyophyll. an. ℥iij.  
 Sacchar. alb. lb. ij.  
 Carbon. tiliæ, lb. i v. s.  
 F. Omnium pulvis subtilissimus;  
 & cum mucilagine tragacant. in ▽  
 rosar. majoran. & cort. citri facta,  
 formentur candelæ addendo parum  
 styracis liquid. & terebinth.  
 8. *Massa seu baculi pro fornace.*  
 ℞. Benzoin  
 Storac. cal. an. ℥i.  
 Ladan. opt. ℥vi.  
 Balsam. Indic. ℥iij.  
 Lign aloës ℥iij. ( præstat extract.)  
 Mosch. Alexandr.  
 Zibett. ana ℥j. M. f. a. f. Massa.  
 Formenturque instar ceræ Hi-  
 spanicæ bacilli fornaci affricandi.

C A P . L X X X V I I .

*De Balsamis Inunctoriis, Linimentis, Vnguentis.*

**B**alsami Inunctoriij, Linimenta &  
 Vnguenta; vix præparatione, &  
 ferè nonnisi consistentiâ, inter se  
 differunt, quam illi liquidiorum ha-  
 bent instar mellis; ista paulò durio-  
 rem, ac vix fluidam; hæc crassiorem  
 adhuc, minúsque fluidam: ubi ta-  
 men notari velim in praxi plerunque  
 Linimenti ac Vnguenti nomina con-  
 fundi.  
 Materiæ ex quibus parantur, sunt  
 olea, butyrum, adipēs, seva, medul-  
 læ, resinæ, mucilagines, succi; vt &  
 res aliæ, quæ aptæ sunt dictis mate-

riis, vel sub forma pulverum immi-  
 sceri, vel in iisdem colliquari, &c.  
 N. 1. } ℥ij. vel ij. in linimentis.  
 Sumitur ad } ℥j. vel lb. in balsamis.  
 Olei ℥j. pin- } ℥iij. vel ℥b. in unguentis.  
 guedinis ferè } additâ insuper pulveris,  
 } ℥j. &c.  
 N. 2. Balsami ob molliusculam con-  
 sistentiâ Cerâ carent. Linimenta vel  
 nihil, vel parum admittunt, ( scil. ad  
 Olei ℥j. Cera ℥j. ) Vnguenta verò uti  
 consistentiam requirunt crassiorem, ita &  
 materiâ volunt duriolem, adeoque Ceram  
 copiosorem, & nonnunquam gummatam.



*Modus parandi.*

Recipiuntur Olea, hinc adduntur quæ crassiores inducunt consistentiam, idque vel solâ misturâ, vel si opus sit liquefactione interveniente.

N. 1. Fieri potest quoque linimentum unguentumve ex pulveribus melle, oxymelite, syrupo & simili susceptis, in formâ scil. Electuati.

N. 2. Succis aqueis si addendi sint coquendi illi sunt cum oleis ad humiditatis illius aqueæ consumptionem, cuius indicium est, si instilletur guttula super prunas, sine strepitu.

*Balsami usitatioris sunt.*

Balsamus Hispaniæ, 1.  
Vulnerarius, 2. 3.  
Vterinus, 4.

*Linimenta usitatiora sunt.*

Linimentum Ni, id est, Balsamus Ni, dictus, 5.  
Linimentum de Amianto, 6.  
dentifricium, 7.  
Erthinum, 8.

*Unguenta usitatiora.**Unguentum*

Agrippæ Mesuæ, Aug.  
Egyptiacum, A.  
Alabastrinum, A.  
Album, Avicenn.  
Album Camphoratum, A.  
Althææ simplex, Dialthæa, 1.  
— compositum A.  
Anodynum Cord.  
— Podagricum, Crollij 9.

Apostolicum Avicenn.

Aregon.

*Unguentum.*

Arthanitæ majus.

— minus.

Aureum, Mesuæ.

Basilicum.

de Bdellio.

de Calce.

ad Carunculas penis.

de Cerussa Avicenn.

Citrinum.

Clysmaticum.

Comitissæ.

Cardiacum, 10.

Cordiale.

de Cyclamine.

de Cynoglossa.

Fuscum.

de Glycyrrhiza.

ad Hæmorrhoides.

— Noribergense.

Infrigidans Galeni.

Iovis, s. de Verbena.

de Lithargyrio.

Martiatum magnum.

— parvum.

Mercuriale.

de Minio camphoratum.

Nervinum.

de Nicotiana.

Nihili ad Oculos.

Cordiale, 12.

Ophthalmicum, 13.

Pectorale.

Pediculorum.

Pomatum.

Diapompholygos, s. Nihili,

Nicolai, Aug.

Popule-



*Vnguentum.*

Populeum.  
 portabile.  
 Resumptivum.  
 Rosatum.  
 Rubeum camphoratum.  
 ad Scabiem.  
 Splenicum, 14.  
 de Succ. Arantij.  
 Sympatheticum, 15.  
 Terebinthinæ, 16.  
 ad Tineam.  
 de Tutia.  
 ad Vermes.  
 Violatum.  
 Viride Reginæ.  
 Viride portabile. Butyrum Viride, 17.

1. *Balsamus Hispania.*

℞. Olei vetustis. ℥iv.

Hyperic. ℥ij.

Terebinth. puræ, ℥viii.

Fruenti integr. ℥iſ.

Rad. card. bened.

Valerian. an. ℥i.

Thur. pulverisat. ℥ij.

Radices & Herbx crasso modo contusæ, ponantur in olla, infundanturque in Vini albi generosi, q. s. ut omnia in Vino mergant, per (2.) hinc adjiciantur oleum & frumentum coquanturque omnia ad Vini consumptionem. Mox factâ forti expressione, addatur Terebinth. & Thur, & iterum parum ebulliant, fermenturque in vase vitreo.

*Vires. Sanat vulnera partium etiam*

*nervosarum, spatio, ut aiunt, viginti quatuor horarum.*

*Modus utendi talis est.*

Abluto prius vulnere Vino albo frigido, statim inungitur totum vulnus oleo prædicto calente: quod si hoc commodè fieri nequeat, per siphonem intra vulnus, tanquam per clysterem immittitur, & confertim labra vulneris ad mutuam contactum adducuntur deligaturâ, aut futurâ, aut glutine, deinde partes circumstantes prædicto oleo similiter inunguntur. Supra verò vulneris labia iam reducta, linteam imponitur, prædicto oleo madens, & supra hoc aliud Vino nigro expressum, mox alia lintea sicca: deinde fascia superligatur. *Vide Hieronymum Fabricium ab Aquapend. secundo Opere Chirurg. part. 2. cap. 7.*

2. *Balsamum vulnerarium, Crollij.*

℞. Flor. Hyperic. ℔. 1.

*N. Colligantur cum Solis ortu, balsamico tempore, in exaltatione, videlicet circa Festum Iohannis ante novilunium.*

Flor. Cheiri,

Centaur. min.

Chelidoniæ,

Prunell.

Chamomill.

Rad. Aristoloch.

Consolidæ mediæ vel majoris,

an. ℥iſ.

Rosar. rubr. ℥iſ.

Mumiæ tranſmar.



Myrrh.

Thuris, an. ℥iſs.

Maſtich. ℥i.

Storac. liquid. ℥ij.

Incisus incidendis & tritis terendis, F. infusio in V boni, lb. viij. & aliquot, hinc decantetur cum forti expreſſione. Spiritui huic tincto, (nisi velis majoris efficaciar ergo reiterare infusionem florum,) addatur olei olivarum recentis, quod supra ramenta pingua abietina per octo dies, in digestionem stetit, lb. v. Terebinth. claræ commun. & resinæ laricæ lotæ in V hyperic. lb. ſs.

Iterum per O 14 omnia digerantur: ultimo abstrahatur V in M. tunc balsamum manebit in fundo rubeum, instar sanguinis.

Vires. Balsamum est ad vulnera & punctiones sanandas efficacissimum. Conferet & in omnibus tumoribus, inflammationibus, contractis & contusis membris, rupturis ossium.

Vsus idem qui precedentis esse potest.

## 3. Balsamus vulnerarius.

℞. Galbani,

Ammoniac.

Bdell. an. ℥ſs.

Macerentur in H per O 3. hinc colentur & inspissentur ad consistentiam mellis.

Postea.

℞. Myrrh. rubr.

Maſtich. el. an. ℥ſs.

Oliban. ℥i.

Pulverisata solve, coquendo

igne lento in Ol. Olivar. lb. . oleum scil. per vices affundendo, semperque agitando, donec posteriora hæc bene fuerint eliquata.

Tandem gummata ista priora inspissata (viti dictum,) admisce, simili modo agitando, & dein recens oleum olivarum per vices affundendo, donec & altera quoque lb. olei adjecta fuerit, & Balsamus aliquid flavedinis contraxerit.

Vulnera recens punctim & caesium facta, citissime curat.

Vsus idem est qui precedentium.

N. Fortior erit in mundificatione vulneris, si eruginis ℥j. addideris, & per mensem insolvaveris, quæ ratione feces subsidentes rejici queunt. Hart. in praxi.

## 4. Balsamus Vterinus.

℞. Galban. purifis.

Serapin. elect. ana ℥vi.

Al. fœtid. ℥ſs.

Ammoniac. ℥i.

Dissolve in oleo destillato Juniper. & Terebinth. addendo olei lauri stillat. ℥ſs. succin. ℥ſs. M.

Vires. Vteri suffocationes insigniter sistit, menstrua ciet, si umbilico inungatur, vel abdomen deorsum eo confricetur.

## 5. Linimentum de N. Balsamus ni.

Solve Sal Ni in X, ut optimè eo imprægnetur, hinc abstrahæ aliquantulum X, miscèque hujus ℥vij. cum olei rosar. ℥i. v. &c. agitaque ut f. Linimentum.

Vires.



Vires. *Confert inflammationibus, & ambustis illitum.*

6. *Linimentum Ni compositum, seu Linimentum de amianto.*

℞. Amiant. ℥iv.

Plumb. ust. ℥xij.

Tut. preparat. ℥ij.

Calcinentur, deinde pulverifata macerentur cum ~~X~~, ac quotidie per mensem materia agitetur semel: post mensem ebullienda est vnus horæ quadrante, ac quiescere finitur, donec clarescat.

Deinde

℞. Aceti hujus clari,

Ol. Rosac. ana.

Misc. optimè, donec F. Linimentum.

Vires. *Miraculosum est, ad tinea puerorum, & ad ulcera tibiarum sananda. Inungitur scil. pueri caput totum ad scabiem. Ulcera vesperi inunguntur. Boëthius de Boodr.*

7. *Linimentum dentifricium.*

℞. Rad. Ireos. ʒi.

Pumic. ʒiʒ.

Alum. ust. ℥ʒ.

Oc. ʒ.

Corallor. rubr. ana ʒi.

Pulverifata excipiantur melle rosato. F. Linimentum.

8. *Linimentum Errhinum.*

℞. Succ. Ireos,

Cyclamin.

Majoran.

Betæ, ana ℥ij.

Ol. Itrin. ʒvi.

Elatelij, gran. vij. cum Cera

F. Linimentum. *Crato.*

9. *Vnguentum Anodynum in Podagra.*

℞. Flor. Rosar. sylvestr. M. x.

Herb. & Cortic. exterior. hyoscyam. recent. M. vi.

Concisa coquantur in Vini mensur. ʒ. hinc exprimantur & colentur. Colaturæ l. Δ ad mellis consistentiam inspissatæ, adde pingued. suill. castrat. lb. ij. misce optimè ad Δ, tandem ubi parum refrigerata fuerint: admisce

Opij in vino solut. ℥i.

Croci pulv. ad magnitudinem avellanar. duarum.

Extract. flor. verbasci, ℥ʒ.

F. Vnguentum.

Vires. *Singulare est in sistendo dolore Podagrico & Nephritico, si calidè affectus illo inungatur.*

N. *Vbi dolori nephritico velis applicare, opere pretium feceris, si manipul. duos vel tres baccarum Iuniperi ab initio compositionis cum hyoscyamo teras & exprimas. Croll.*

10. *Vnguentum Cardiacum, Germ.*

*HerizgespanSalb, FF.*

℞. Herb. Cardiac.

Chamædr.

Malv.

Senecij,

Iacæ,

Amæ. dulc.

Scabios.

Semperviv.



Morsus gallinæ ana M. ij.  
 Incidantur & coquantur in lb.  
 viij. butyri recentis, ad consump-  
 tionem aquositate, dein exprimantur,  
 & F. Vnguentum.

Vires. *Frequentis usus est in affectu in-*  
*fantum quem Cardiacam appellant. Fri-*  
*cant eo hypochondria & locum cardiacæ,*  
*&c.*

11. *Vnguentum Cordiale, D. D. Ar-*  
*nold. V Veickhardi pro Offi-*  
*cinis F. F.*

℞. Vng. rosat. Mef. ℥iij.  
 Ol. Scorpion. simpl. ℥iβ.  
 Nucist. exprès.  
 Stillat. cort. citri.  
 camphor. ana ʒi.

Antidot. Matthiol.  
 Theriac. Andr. ana ʒiβ.  
 Aloës rosat. ʒij.  
 M. F. Linimentum.

Vires. *Corroborat Balsamum vite,*  
*languidisque viribus subvenit, Cordi in-*  
*jectum.*

12. *Vnguentum Cordiale Cl.*  
*Ludov. ab Hornig.*

℞. Vng. ros. opt. loti ℥iij.  
 Balsam. Apoplect. ʒj.  
 Ol. Nucist. exprès. ʒj.  
 Still. cort. citri. ʒβ.  
 Cinam. ḡ. v.  
 Rosar. ḡ. vi.

M. optimè.  
*Vsus idem qui prioris.*

13. *Vnguentum Ophthalmicum, F. F.*  
*D. D. de Spina.*

℞. Tut. præparat. ℥β.  
 Camphor. ʒj.

Aqu. rosar. alb. ʒi.

Butyr. rec. ℥i.

Virid. æris parum.

M. F. Vnguent.

Vsus. *Applicatur ciliis, in inflam-*  
*matione ac rubedine oculorum.*

*Vnguentum somniferum, F. F.*

℞. Opij Thebaic. ʒij.

Croc. ʒβ.

Vng. rosat.

alabastr. ana ℥ij.

Ol. nucist. ʒv. ʒj.

Acet. sambuc. parum.

F. l. a. Vnguent.

Vires. *Inungitur temporibus, fronti,*  
*& cervici ponè aures, ad conciliandum*  
*somnum.*

14. *Vnguentum splenicum.*

℞. Ol. Amygdal. amar. ℥i.

Cappar. ʒij.

Nucl. persic. exprès. ℥β.

Succ. Rad. Bryon.

Cyclamin.

Cicut. ana ℥ij.

Gumm. Ammoniac. in  $\text{I}$  dissolut.

Bdell. ana ʒiβ.

Pulv. Cort. cappar.

Tamarisc. an. ʒβ.

Fraxin. ʒvi.

Ceterach.

Summ. centaur. min. an. ʒβ.

Sem. Cymin. aceto macerati, &  
 iterum exiccati, ʒij.

Ceræ novæ, q. s. F. Vnguent.

Vires. *Vim habet calfacientem, e-*  
*mollientem, resolventem, aperientem,*  
*rabozantem.*

N. Para-



N. Penetrandi gratiâ potest addi  
 ℥j. vel ij. Ol. spic. vel Ol. stillatit. ab-  
 synth, ℥i℥.

15. Unguentum Sympatheticum,  
 Crollij.

℞. Adip. Veris aprugn.  
 Vrsin. ana ℥iv.

Bulliant per horam dimidiam, in  
 Vino rubro, fundanturque super a-  
 quam frigidam, colliganturque pin-  
 guedo supernatans.

Dein:

℞. Lumbricorum lotorum pulverif.

Cerebri aptugni,  
 Santal. rubr.

Mumia,  
 Hamatit. ana ℥i.

Vsnea è cranio hominis inter-  
 empti, ℥i.

F. l. a. Unguentum cum pin-  
 guedinibus illis.

N. 1. Animalia illa quò seniora,  
 eò adæps melior.

N. 2. Vsnea colligenda & crescente,  
 & in bona domo existens, ♀ scil. si fieri  
 possit, non ♂, aut Ni. Parandumque  
 Unguentum ○ in libra existente.

N. 3. Sunt qui omitunt Vsneam &  
 Mumiam.

Usus.

Hoc Unguento sanantur omnia  
 Vulnera, (modò nervi, arteria, &c.  
 non sint læsa.) Vngatur telum, quo  
 vulnus inflictum, quotidie semel si  
 necessitas urgeat, & vulnus sit in-  
 gens, alioquin secundo vel tertio  
 die inunxisse sufficit.

N. 1. Telum servetur in linteolo  
 mundo, & loco non nimis calido, ne dam-  
 num inferatur Patienti. Cavendum  
 etiam ne pulvis super telum cadat, nec  
 ventus afflet in loco frigido, alioquin Pa-  
 tiens mirè affligetur.

N. 2. Si Vulnus punctim inflictum,  
 ungetur telum versus mucronem de-  
 scendendo.

N. 3. Si telum desit, sanguis ex  
 vulnere lignello suscipiendus, quod dein  
 ut de relo dictum, tractandum. Hac  
 ratione dolor dentium mitigari quoque  
 potest, si nimirum lignellum sanguine  
 Gingivarum imbutum, eodem unguento  
 inungatur.

Operatio huius Unguenti perficitur  
 identitate Balsami, sive spiritus  
 Balsamici, qui in homine & cruore  
 illius; inter quos spiritus non alia est  
 differentia, quàm quòd in homine  
 virali actu adhuc spiritus ille vigeat,  
 in cruore autem coagulatus sit. Qua-  
 re cum experiamur, affinitatem san-  
 guinis tantum posse, ut uno fra-  
 tre, vel consanguineo proximo, pe-  
 ste correpto, etiam alter etsi longo  
 viæ intervallo absit eadem afficiatur;  
 quid non fieri posse autumabimus,  
 sanguinis identitate?

16. Unguentum Terebinthina, vulgò  
 Etersälbichen.

℞. Terebinth. fb. ij.  
 Vitell. ovor. num. vi.  
 Mastich.  
 Myrrh.  
 Oliban. ana ℥i.

F. Vn



F. Vnguent.

Vires. In vulneribus generationem puris promovet.

17. Vnguentum Viride potabile, Butyrum viride,

F. F.

℞, Herb. Salv.

Hyslop.

Prassij.

Menth.

Betonic.

Scolopendr.

Scabios.

Cichor.

Fœnicul.

Melis.

Veronic.

Mattisylv.

Aquileg.

Rat.

Petrofel.

Millefol.

Centaur. min.

Agrimon.

Aristoloch.rot.

Plantag.c. toto, ana M. ij.

Butyri Majalis. ℔. viij.

Infunde herbas omnes recentes suo quamlibet collectionis tempore in butyro, stentque donec omnes collegeris & infuderis, postea exprime; expressum coquatur ad consumptionem aquositate, F. l. a. Vnguentum.

Vires. Expetitur à vulgo, assumiturque ad sanguinem coagulatum resolvendum, dolores leniendos, pulmonum mucilaginem demulcendam & expellendam. Quin & extrinsecus ad distorsionem affectus adhibetur.

